

251

THE
UNIVERSITY OF
CHICAGO

22478

65488
2721

2349
2125-25

T 146844
R 375317
C 1194421

68640
190 1
2

9
889

18641

6884
60
213

7697

6897
202-29

2
150
83641
2460-169

6
2
34897

2118276
8979362
263951-28

6842604
200093
132 28

8974362

6837
22

Res.

6897²⁴
226-13
34

85

909
6783
1

7697

909
6783
2

7697

202
34

805
6089
2

6897

S. R. ...

2-3

$\begin{array}{r} 1000 \\ 1000 \\ \hline 2000 \end{array}$	$\begin{array}{r} 1000 \\ 1000 \\ \hline 2000 \end{array}$	$\begin{array}{r} 1000 \\ 1000 \\ \hline 2000 \end{array}$
$\begin{array}{r} 1000 \\ 1000 \\ \hline 2000 \end{array}$	$\begin{array}{r} 1000 \\ 1000 \\ \hline 2000 \end{array}$	$\begin{array}{r} 1000 \\ 1000 \\ \hline 2000 \end{array}$
$\begin{array}{r} 1000 \\ 1000 \\ \hline 2000 \end{array}$	$\begin{array}{r} 1000 \\ 1000 \\ \hline 2000 \end{array}$	$\begin{array}{r} 1000 \\ 1000 \\ \hline 2000 \end{array}$
$\begin{array}{r} 1000 \\ 1000 \\ \hline 2000 \end{array}$	$\begin{array}{r} 1000 \\ 1000 \\ \hline 2000 \end{array}$	$\begin{array}{r} 1000 \\ 1000 \\ \hline 2000 \end{array}$

...

Paradoxae

Vol. 10
E

PARADOXAE QVAESTIONES NV
mero decem: ex officina Magistri Petri Cirueli
Darocensis nunc depromptæ.

- De modis significandi dictionum in grammatica.
- De dicibilibus transcendentibus & limitatis in logica.
- De uirtute actiua agentis naturalis in physica.
- De potentia motiua corporis naturalis: etiam physica
- De rarefactione & condensatione corporum, adhuc physica.
- De arte Raymundi Lullii in methaphysica.
- De loco paradisi terrestris a deo consiti: in cosmographia.
- De tertia lege spiritus sancti circa finem mundi: in theologia.
- De multiplicatione sensus literalis: in sacra scriptura.
- De cabala & magia Iudeorum in enarranda diuina biblia.

Rocas.

M. D. XXXVIII.

pd qd s. in qd ad p. p. p.
quodammodo de d. p. p. p.

PETRVS CIRVELVS DAROCENSIS PHI-
lofophus pariter & theologus: prouectioribus auditorū in scho-
lis almæ uniuersitatis Salmanticēfis: Salutē & resolutiffimam in-
telligentiam in nonnullis quaestionibus paradoxis.

Maiores nostri: & qui nos precessere: in exercitio literario sciētiarū: adolefē-
tes cādidiffimi: nulla vnq̄ sunt difficultate p̄territi: vel ab inueniēdis no-
nis, doctrinis: vel ab his q̄ inuēte erant tradēdis atq̄ cōicandis alijs hōibus: nā
indefesso studio semp conati sunt: posteritatē non tā auro atq̄ opibus: q̄ virtuti-
bus ac bonis artibus reddere locupletē: videlicet arbitrātes se nō sibi tantū na-
tos: ad aliorū etiā vtilitates sua referēbāt studia. Ea propter suarū doctrinarū li-
bros edentes: monumēta futuris seculis relinquere decreuerūt pia humanitate.
Hanc insup philosophorū naturalē bonitatē: etiā sanctorū dei seruatorū gratia cō-
mendat ac perficit in sacris literis. Itā apostolorū princeps Petrus beatissim⁹
fideles Christianos instituens ait. Unusquisq̄ sicut accepit gratiā a deo: in alteru-
trum illā cōicantes: sicut boni dispensatores dei: per hoc. s. innuens hōies nō esse
veros dominos bonorū que habēt: sed tantū dispēsatores donorū dei in familiā
eius catholicā ecclesiā. Cōsonat ei coapostolus ei⁹ Paul⁹ de gratiarū diuersitate
loquens: Similiones inq̄ gratiarū: sunt in hōibus ab vno dei spiritu. vnicuiq̄ ve-
ro datur manifestatio spiritus ad vtilitatē proximorū. Cōicatio itaq̄ donorū acce-
ptorū a deo in proximos iure p̄cipitur nobis ab apostolis: quia & ipsi Christi do-
ctrinā in parabola euāgelica audierāt: vbi de vero domino omnium bonorū ait: q̄
vocatis seruis suis tradidit eis bona sua per talenta ad negociandū: atq̄ ad lucrū
sibi referēdū. Quā parabolā: tsi diuus Gregorius de prelatis ecclesie exposuerit:
dicēs q̄ bene operātes in secūdo suo aduētū pro apportato lucro remunerabit: &
a bono opere torpētes dānabit: nos tñ ad viros scholasticos scientiarū professo-
res nō inepte eam referimus sentētīā: quoniā & ipsi iuxta hui⁹ dominici precepti
tenorē: debēt suarū doctrinarū gratias alijs cōicare: alios docere & illuminare: nā
vt sapiēs recte dicit: sciētia abscondita: & thesaur⁹ inuisus: q̄ vtilitas est? Et qa inter
alios huius nostre tēpestatis literarū professores: mibi: tsi omnium minimo: quarū
dam sciētiarū talēta cōmisit deus: semp memor hui⁹ diuini apostoliciq̄ documen-
ti in totavita mea: gracias acceptas alijs libētissime cōicani: non solū verbo & ser-
mone: sed etiā quorundā opusculorū meorū publica editione: Salomonem imi-
tatus: qui de sua sapiētia loquēs ait: Quam sine fictiōe didisci: & sine inuidia cō-
munico. Et preter ea q̄ cū alijs viris doctis cōia dona sciētiarū accepi a sapientif-
simis p̄ceptoribus: quedā alia mibi p̄ps: & quidē non vulgaria: p̄sentissim⁹ deus
inspirare dignatus est. Horum igitur nonnulla in presenti opusculo recolligens:
edere volui ad vestrā & aliorū omnium vtilitatē: vt spero: profutura. Que quia fere
omnia erunt preter communem doctorū opinionem: ea vocabulo greco parado-
xa censui nuncupanda. Valet.

**Questio prima sermocionalis grammatica
de modis significandi
dictionum.**

Trum modi significandi dictionum sunt res quedam ab eis distincte eisq; supaddite. **I**tem pte affirmatiua arguitur ex cōi usu loq̄n. nā de his modis loquētes semp vtrūq; p̄structiōe transitiva. vt q̄ hō ē nōiatiuū casus: nūeri singularis tertie declinatiōis: et p̄similit̄ de alijs modis significandi huius dictionis et aliarū omnium. locutio vō trāsitiua p̄pe accepta: semp denotat rerū significatarū distinctiōē: vt gladi⁹ Bedeōis: sapiētia Salomonis: psalmus Dauidis: q̄ etiā p̄dicti modi significandi vocabulorū sunt aliq̄ res ab eis distincte eisq; supaddite. sicut. n. gladius Bedeōis est aliud ab ipso Bedeōe: et sapiētia est res distincta a Salomōe: et psalm⁹ ab ipso Dauide: ita nōiatiuus casus: numerus singularis: et tertia declinatio sunt q̄dā res distincte ab illa dictione homo: et ita de alijs omnib⁹. Ad partē vero negatiuā q̄stionis hui⁹ adducit̄ regula illa omnium recte philosophātū: nō est ponēda rerū distinctio sine pluralitas alicubi: nisi vbi ipsa cōstare possit manifesta: experiētia: vel rōne certa: aut saltē autoritate diuina: sed nulla istarum viarū cōstat modos significandi dictionum esse res distincte ab ipsis dictionibus: ergo huiusmodi vocabulorū accidentia vel p̄prietates nō sunt ponēde res ab eis distincte.

Hac q̄stionē trib⁹ articulis absoluemus. In p̄mo erūt notabilia p̄ vocabulorū q̄stionis declaratiōe. In secūdo ponent̄ cōclusiones p̄ respōsiōe ad q̄stionem. In tertio deniq; superaddent̄ quedam dubia maioris declarationis gratia: et idē modus seruabitur in alijs q̄stionibus.

Quantū ad primū articulū imp̄mis admonemus lectorē q̄ quū duplex distinctio. **Q**ui possit dictionis cuiuslib⁹ significatio: altera naturalis: qua videlicet seipsam significat sensibus nostris presentata: quemadmodū et quecumq; alie res sensibiles in mundo: altera artificialis et voluntaria: qua dicitio ipsa alias res a se dicitur significare. In hac q̄stione non intendimus disputare de naturali dictionum significatione: quia in illa nulli ponuntur modi significandi vocabulorū: plusquam aliarum rerum naturalium: que per species sensibiles sese offerunt sensibus nostris: sed solum intendimus de significatione dictionum voluntaria: idest qua ex beneplacito autorum ipse significant alias res a seipsis: nam autores in vna quaque scientia ex sua libera voluntate imposuerunt nomina illa ad significandas res suas: et indiderunt eis hos vel illos modos significandi sine essentielles siue accidentales: sicut ipsi voluerunt. Et de hac sola significatione vocabulorum: que dicitur ad placitum proprie: loquuntur autores cōiter in scientijs sermocionalibus: inquirentes vocabulorum p̄prietates. de naturali autem significatione q̄ rarissime: q̄ illa consideratio p̄prie p̄tinet ad sciētā naturālē in libris de anima: vbi agit̄ de sensibus et de sensibilib⁹ obiectis sensuū. **T**itul⁹ itaq; hui⁹ nostre que

Prima questio grammatica

tionis est intelligendus de modis significandi dictionum: quos autores uoluntate sua dictionibus attribuere uoluerunt: et ad euitandam prolixitatem: disputabimus principaliter de dictionibus uocalibus: inqredendo in eis quam res sint isti modi significandi uocum ad placitum significantium: an sint uoces ipse: an aliam alie res eis supaddite tanquam accidentia earum. Hac. n. questione bene determinata in dictionibus uocalibus: eodem iure facilis erit responsio de modis significandi scripturarum dictionum: quam similiter ad placitum autorum significant: sicut et uoces: immo: ut Aristoteles docet: scripture uoces insequuntur in sua significatione uoluntaria: ea propter ipse in sua logica de solis uocalibus nomine: uerbo: et oratione explicite determinauit: in principio sue peribermenas. Et quamuis hanc questionem de modis significandi dictionum: grammaticam prenotauerimus: tamen purus grammaticus eam non posset absolute: quippe qui metaphysicam desiderat disputationem. nam in eius titulo nomen transcendens res positum est: euunciatum tamen de uocabulo sermocionali grammatico: hoc est de dictione et modo significandi.

Secundum de modis significandi Secundo adhuc notare conuenit lectorem duplices esse modos significandi dictionum ad placitum significantium. scilicet quosdam essentialis: et alios accidentales. Modus significandi essentialis uocabuli est ille: quo dictione ipsa directe respicit res exteriores: ad quas significandas fuit ab autoribus imposita. ut hec uox homo essentialiter significat nos homines. et consimiliter unaqueque aliarum dictionum essentialiter refertur ad suas res. Hunc modum essentialem logici diuidunt in materialem: qui dicitur suppositio: et formalem qui est absolutio uel cognotatio. Modus autem significandi accidentalis uocabuli est ille quo dictione refertur ad seipsam uel ad aliam dictionem: denotans aliquam eius proprietatem: ut genus: numerum: casum: et aliam huiusmodi conditionem. Hec modorum significandi distinctio ad experientiam nota est. quum enim doctus grammaticus audit hanc uocem homo: alio dicente homo uenit: iste audiens non solum concipit rem quam hec uox significat: sed etiam eiusdem uocis proprietates: puta quod est nomen substantiuum uerbi suppositum: quod est nominatiuus: numeri singularis: et alia huiusmodi accidentia illius uocis: ergo illa uox homo preter rem illam quam significat extra se: denotat proprietates suas: et ita habet duplicem modum significandi quem diximus essentialem et accidentalem. scilicet accipiendo essentialis et accidentalis pro principali et accessorio: quia autores quando uocabula imposuerunt: principaliter intenderunt per ea loqui de rebus mundi: accessorie uero et secundarie uoluerunt proprietates sermonis denotare. Huius rei signum est: quod scientiarum principalissime et primum inuenta fuerunt scientie reales. id est de rebus mundi considerantes: accessorie uero et posterius inuenta sunt scientie sermocionales. id est de sermonum proprietatibus tractantes. quod egregie probauit Hugo de sancto Victore in suo didascalio: qui est de origine artium et scientiarum. Consonat ei Aristoteles in primo libro sue metaphysice. uocans scientias sermocionales: disciplinas administratiuas. id est subseruientes scientiis realibus ueluti ancillas earum. et Salomone in puerbijs de sapientia dicit cap. nono: quod uocauit ancillas suas ad arcem. etc.

Et quamuis autores has disciplinas tres enumerauerint: quas et triuium sermo.

De modis significandi dictionum.

tionales vocāt: impresentia tamen eas ad duo tantum mēbra reducere volumus: arbitantes rhetoricam esse velut mixturam quandam ex grammatica et dialetica: nam quatenus eleganter loq nos docet: ad grammaticam pertinet: sed quando argumentari solet in causis forensibus: dialetica esse videtur: et pro hac parte verum est quod Aristoteles ait: quod rhetorica est cōsecutiva dialetice. Ergo rhetorica dimissa: dicimus quod principale discrimē grāmaticæ a logica: attenditur penes duo p̄dicta genera modorū significandi vocabulorum. siquidem quum vtraque sit scientia de sermone: totū fere grāmaticæ artificii innititur modis significandi ac accidentalibus dictionum: logica vero principaliter intendit circa modos significandi essentiales earū. Nimirū ergo si iste due discipline de eisdem dictionibus considerantes: nō easdē: neque equalib⁹ numeris generū diuisiones in suas spēs faciant: sed vbi grammaticus octo partes orationis. i. octo dictionū spēs enumerat: logicus decem predicamenta distinguit. s. propter diuersos modos aut rationes considerandi eadem vocabula. Verūtamen est quod grammatici in sua sciētia solent distinguere duplices modos significandi dictionum: nam eorum: quos accidentales dicimus: ipsi quosdam vocant essentiales: et alios accidentales. s. equo accipiēdo nomen essentiale. i. in alia acceptione ab illa quam logicam dicimus. Admodos. n. illos quibus partes orationis adinricē distinguuntur: vt nomen a verbo et a p̄nomine ac participio: atque alie partes ab alijs: vocāt essentiales. i. principales: quos et in diffinitionibus singularum partiū explicant: vt quod nomen declinat per casus: verbum per modos et tēpora: et ita de alijs. Sed alios modos quibus sub eadem parte orationis dictiones discernuntur: vt nomen a nomine: verbum a verbo: et ita de alijs: appellant modos significandi accidentales: id est minus principales: vnde statim post diffinitiones subiungunt accidentia dicentes. nomini accidunt sex: qualitas: species: genus: numerus: figura casus. Et verbo accidunt octo: tempus: modus: persona. et c. et similiter in alijs partibus orationis. In hac itaque disputatione quæstionis p̄posite de omnib⁹ p̄dictis modis significandi tam essentialibus quæ accidentalibus: siue grāmaticis siue logicis inquirere volumus: quenā res sint: et quomodo se habeant ad ipsas dictiones significantes.

Tertio est aduertendum: quod circa istam quæstionē tres fuerunt autorum opinio. Tertium aut secte. Prima tenet partem affirmatiuā quæstionis: dicens quod modi significandi omnes sunt res alie et distincte ab ipsis dictionibus significantibus. Secundam opinio tenet partem negatiuam. i. quod non distinguuntur: sed sunt ipsemet dictiones illis modis comparate ad res significatas vel ad alias dictiones. Tertia est via media inter predictas duas extremas: tenens quod in aliquibus dictionibus modi significandi earum sunt res distincte ab ipsis: sed in alijs dictionibus modi significandi sunt ipsemet dictiones significantes: et non alie res ab eis distincte. quæ opinio mihi apparet probabilior: sed volo prius has opiniones declarare. Primum siquidem opinionem defendere volunt philosophi dicti reales: eo quod libenter res multiplicēt. Secundam nominales: qui in omni materia scibili: quoad pos sunt: rerum pluralitatem euitant: referētes p̄cipua autorum dicta ad nomina seu

Diserimē
mēn no
tandū.

Tertium
de opi
nionibus

Questio prima grammatica.

vocabula rerum. Reales, igitur loquentes de modis significandi dictionum: putant quod illi sint quidam respectus seu relationes dictionibus superaddite: quibus ipse dictiones referuntur ad res significatas: vel ad alias dictiones: aut etiam ad seipsas. Sed horum realium sunt due secte in hac questione. Quidam enim eorum dicunt hos modos significandi esse relationes reales de predicamento ad aliquid: ita quod sint vere forme accidentales seu vera accidentia: que dictionibus inherant: et ab eis dictiones denominantur significantes essentialiter vel accidentaliter hoc aut illo modo: quemadmodum dicunt communiter philosophi de alijs formis absolutis: quod inheret et denominant sua subiecta: ut habes albedinem ab ea denominatur album: et a calore calidum. et ergo similiter isti dicunt quod dicitio denominatur significans ab illa forma quam habet in se: hoc est a modo significandi: putant. n. quod omnis fere denominatio in creaturis fiat ab aliqua forma realiter inherente subiecto denominato. Alij reales dicunt quod modi significandi dictionum sunt quidam respectus: non tamen reales aut vere forme accidentales: que inherant alicui subiecto: aut sint in aliquo predicamento: sed sunt respectus seu relationes rationis. i. relationes quidam imperfecte et diminute: causate in ipsis dictionibus per actionem nostri intellectus: referentis seu comparantis dictionem quamlibet ad rem significatam per eam: vel ad aliam dictionem: aut etiam ad seipsam: ideo dicunt quod respectus illi sunt quedam entia rationis et non vere res: sed sunt secunde intentiones attribute dictionibus per intellectum: ad denominandum eas significantes hoc vel illo modo. Hoc autem solo discrimine posito inter istas duas sectas realium philosophorum: in alijs omnibus concordant circa modos significandi: nam ubicunque primi ponunt relationes reales: secundi ponunt respectus rationis. Et quia omne relatum habet correlatum sibi respondens: ideo omnes isti reales sicut ponunt modos significandi activos in dictionibus significantibus: ita ponunt modos significandi passivos in rebus significatis: quibus mutuo referuntur ad ipsas res et dictiones. Et non solum in dictionibus vocalibus et scriptis: que ad placitum significant: ponunt istos respectus reales aut rationis: sed etiam in dictionibus mentalibus naturaliter significantibus ponunt modos intelligendi activos: et in rebus significatis modos intelligendi passivos: quibus respectibus conceptus referuntur ad res: et contra: res ad conceptus. Ad hos ergo modos significandi qui sunt respectus: isti reales referunt omnia autorum dicta siue in grammatica siue in logica. Sed nominales omnia istorum dicta phantastica reputantes: non solum in dictionibus: sed etiam in omnibus rebus mundi negant huiusmodi accidentia: que dicuntur relationes reales aut respectus rationis: ideo dicunt quod modi significandi dictionum non sint aliud quam ipsemet dictiones significantes naturaliter siue ad placitum autorum. Hec de primo articulo.

Prima conclusio Quantum ad secundum articulum sit hec prima conclusio. Nulla vox aut scriptura cuiuscunque sit lingue aut idiomatis habet ex sua natura aliquem modum significandi essentialem vel accidentalem. Hanc conclusionem indifferenter concedunt omnes predictarum opinionum auctores: ideo probatio eius est facilis et ma-

De modis significandi dictionum.

nifesta. Dictum est enim in primo articulo huius questionis statim a principio: quod hic non intendimus disputare de naturali significatione vocabulorum: sed de ea tantum que est ad placitum: atque ex voluntaria auctorum impositione: nam ex illa pendent omnes modi significandi eorum tam essentielles quam accidentales: ergo conclusio est vera atque ex terminis notissima. implicaret enim contradictionem si diceret copulatiue quod eadem dictio significat ad placitum: et quod modi significandi quos habet conueniunt ei ex natura sua. Et declaratur adhuc inductione procedendo per singulos modos significandi: nulla enim dictio alicuius idiomatis ex natura sua significat magis rem illam ad quam fuit imposita: quam aliam quamcumque rem huius mundi: nec plus cognoscit hanc rei conditionem quam illam: sed hoc solum habet ex libera auctorum voluntate: qui hoc modo eam imponere voluerunt: et hoc quantum ad modum significandi essentialem. Nulla etiam est dictio huiusmodi que ex sua natura habeat quod sit nomen aut verbum: vel aliqua aliarum partium orationis: et si nomen ponatur: non habet a natura sua quod sit substantiuum aut adiectiuum: huius aut illius declinationis: talis numeri vel casus. etc. et hoc quantum ad modos significandi accidentales: sed solum modo hoc habet ex voluntaria impositione auctorum. Esto exemplum hec dictio vocalis homo apud Latinos: non enim habet ex natura sua quod significet homines magis quam lapides aut alique alias res huius mundi: sed quia auctoribus ita placuit. Similiter quia ita voluerunt: eadem dictio est nomen et non verbum: et tertie declinationis et non secunde: et nominatiui casus: et ita de alijs modis significandi huius et aliarum dictionum lingue latine: et aliarum omnium linguarum. Et quamuis communiter dicatur quod auctores imposuerunt nomina rebus a proprietatibus earum: hoc tamen non probat quod nomina ex natura sua res illas significant: quia etiam nomina illarum proprietatum ad placitum auctorum et non a natura eas significant: et ab illis nominibus hec alia nomina etiam ad placitum deriuata sunt: vt homo a humo. id est terra de qua formatus est: ex qua vegetatur: atque in ea habitat.

Secunda conclusio. Omnis dictio vocalis aut scripta cuiuscumque sit lingue aut idiomatis: ad hoc quod significet quocumque modo significandi: preerigit aliquam prior rem significationem. id est mentalem: cui tamen non ex natura sua: sed ex mera voluntate auctorum subordinatur in significando et in modo significandi. Primam partem huius conclusionis accepi ex verbis Aristotelis in primo libro peribermenas: vbi ait. Sunt autem ea que sunt in voce. id est voces significantes: earum que sunt in anima passionum: note. id est signa conceptuum et noticiarum que sunt in mente: idem dicit de his que scribuntur. Et hoc idem clarius in tertio libro de anima dicit: quod lingua data est hominibus ad hoc vt significant alijs per voces ea que habent in mente sua. Probatur etiam eadem pars ratione sumpta ab experientia: quam quisque sentit in seipso: quia nunquam aliqua vox significatiua ei aliquid significat: nisi iam prius habuerit in mente sua aliquam noticiam illius rei significate per illam dictionem vocalem: illa autem mentalis noticia est significatio mentalis: ergo ad hoc quod dictio vocalis aliquid significet homini ad placitum: preerigit siue prerequisite in eo

Prima questio grammatica

dem homine esse aliquam mentalem significationem: et ita prima pars conclusionis relinquatur vera: quam etiam omnes predictae opiniones concedunt: dicentes quod a modo intelligendi processit modus significandi. Ad idum intelligendum dico ego significationem mentalem: et modum significandi appello vocalem significationem. Secunda huius conclusionis pars pendet ex precedenti conclusione prima: quia nulli tali dictioni ex natura sua convenit quod subordinetur alicui noticie mentali: aut magis huic noticie quam illi: sed hoc habet ex mera voluntate autorum. Per subordinari vocem conceptui: nihil aliud intelligere debemus: quam vocem unitam: seu colligatam esse noticie mentali: ita quod prerequit noticiam illam ad hoc quod ipsa significet aliquid homini ut declaratum est: et vice versa: quando homo illam vocem audit: tunc in mente eius mouetur illa noticia: et incipit homo de illa re cogitare: si iam nouerit illius vocis impositionem voluntariam: ergo illa vox subordinata est noticie mentali in significando. hanc vocis et noticie colligantiam sola voluntas impositoris fecit quando illam imposuit. Et ex his duabus conclusionibus manifestum euadit: quod ille due opiniones realium de relationibus realibus vel respectibus rationis: nullam habent certitudinem: immo habent superfluum inutilitatem: probatio est clara: quia si modi significandi dictionum vocalium non conveniunt eis a natura: sed ex sola voluntate autorum: voluntas autem hominis nihil potest extra se causare in alio. Ait enim Aristoteles in nono libro metaphysice: quod operationes intellectus humani sunt immanentes et non extrinsecus transientes. Ergo impositores vocabulorum non causauerunt in eis aliquas relationes vel respectus superadditos dictionibus: qui sint modi significandi earum: quare ille due opiniones sunt incerte atque inutiles: quia ille imaginationes nihil iuuare possunt recte philosophantes in hac materia. Tertia conclusio principalis erit de dictionibus mentalibus que sunt noticie rerum quas anima nostra cognoscit: et alias dicuntur verba cordis humani: quibus ipse animus noster loquitur intra se: Et de eis dicit Augustinus quod verba illa nullius lingue sunt: et Aristoteles ait quod idem significant apud omnes hominum nationes.

Corol
lariū

Tertia conclusio. Sit ergo tertia conclusio: quod dictiones mentales seu verba cordis nostri: pure naturaliter et non ad placitum hominum significant res illas quas significant: quare ille dictiones non indigent modis significandi ab eis aliquo modo distinctis ad hoc ut significant siue essentialiter siue accidentaliter. Prima huius conclusionis pars statim fiet manifesta ex diffinitione verbi mentalis: est enim expressa et distincta similitudo rei que intelligitur ac mente concipitur: de qua Aristoteles dicit in 3. libro de anima: quod lapis non est in anima sed similitudo lapidis: et iterum a domo que est in anima fit domus extra per artificem: est siquidem anima hominis velut speculum quoddam clarissimum: in quo resurgunt atque imprimuntur naturales similitudines omnium illarum rerum quas ipsa cognoscit. Ille ergo rerum similitudines quibus anima res externas cognoscit: sunt verba aut dictiones mentales. constat autem quod omnis imago ac similitudo cuiuscumque rei: naturaliter et non ad placitum significat illam: nec indiget impositione voluntaria alterius autoris ad hoc quod illam significet: sed suapte natura illam representat. Datet hoc in figuris rerum

De modis significandi dictionum.

que apparent in speculis corporalibus: quas viddens vnusquisq; hō cuiuscunq; lingue aut nationis fuerit: nullo docente per eas cognoscit res quarum sunt naturales similitudines seu imagines. ergo prima pars huius tertie conclusionis ē vera. s. q; dictiones mentales ex sua natura ⁊ non ex volūate humana significāt res quas significant. Et confirmatur ex dicto Aristotelis in primo lib. peribermenas vbi ait: q; passiones anime eedem. i. similes sunt apud omnes homines toti⁹ mūdi: non autem voces ⁊ scripture: differentie ratio est: quia ille naturaliter sunt causate ⁊ naturaliter significant: iste vero inuente ⁊ imposite sunt ex humana voluntate: natura vero humana atq; passiones eius in omnibus hōibus similes sunt: volūates autem ⁊ opiniones hominum multipl. ceter variantur. Secunda vero ps conclusionis corolarie sequitur ad primam: quia illud quod ex sua natura aliquid significat: per se primo ⁊ non per aliud significat illud: ⁊ ita non indiget alio a se ad ad hoc q; significare possit id quod significat: nam si alio indigeret: iam nō per se ⁊ ex natura sua significaret: tota ergo conclusio tertia remanet probata. **Corol**
larium Ex q; elicitur clarissime q; non solum sunt negandi modi significandi superadditi dictionibus vocalibus aut scriptis: vt iam probatum est ex duabus primis cōclusionib⁹: sed etiam ⁊ multo verius in verbis mentalibus: que ex sua natura ⁊ non per aliquid aliud res suas significant: ⁊ hoc quantum ad significationem essentialem: simile est de significatione accidentali seu grammatica. Nam sicut non est querēda da ratio in mentalibus quare significant has vel illas res alias a se: q; hoc habēt ex natura sua: ita nō est querēda ratio quare significant sic vel sic. i. absolute vel cognotatiue: nominaliter aut verbaliter: singulariter aut pluraliter: recte aut obliq; ⁊ ita de alijs modis significandi grammaticis: quia etiam hoc habent ille dictiones mentales ex natura sua ⁊ non per aliquas alias formas eis superadditas. Quia vero opinio uominalium superius recitata assererat in omnib⁹ dictionib⁹: siue sint vocales aut scripture siue mentales: q; ipsemet dictiones sunt modi significandi tam essentielles q; accidentales: videtur mihi q; hoc solummodo sit cōcedēdum in dictionibus mentalibus mere naturaliter significantibus: non autem in vocalibus ⁊ scriptis que ad placitū significant. **Respo**
sio ad q **stionem** Ad ea ergo responsio est ad istā questionem: quod licet in dictionibus vocalibus aut scriptis nulli sunt ponendi respectus reales aut rationis: quibus ipse significant: quicq; dicendi sint modi significandi earū: tamen veri ⁊ proprie dicti modi significandi huiusmodi dictionum sunt realiter distincti a dictionibus vocalibus ⁊ scriptis: non autem a mentalibus. Prima pars hui⁹ respōsionis iā patet ex corolario post duas pmas cōclusiones posito: q; sequitur ad illas: negans omnes huiusmodi relationes ⁊ respectus. Altera pars ex tertia cōclusionē atq; eius corolario manifeste sequitur. Unde formatur hec ratio ad eam probandam: dictiones vocales ⁊ scripture non significant ex sua natura: sed per aliquid aliud: quia per hoc q; subordinantur ⁊ colligantur mentalibus. mentales autem per suam naturam ⁊ non per aliquid aliud a se. Ergo modi significandi dictionum (qui ⁊ rationes significandi sunt) realiter distinguuntur a dictionibus vocalibus ⁊ scriptis: non autem a mentalibus. cōsequē

Questio prima grammatica

tia est manifesta: quare ratio quare dictio vocalis aut scripta hoc aut illud significat: aut sic aut sic significat: non assignatur ex ipsamet dictione ad placitum significante: sed per aliquid aliud ab ea distinctum: sed ratio quare dictio mentalis significat hoc aut illud: vel sic aut sic: sumit ex ipsamet dictione ex sua natura significante et non simile per aliquid aliud. Adde adhuc aliam probationem clariorem ex analogia ad veritatem per propositionis logice: nam de illa sunt tot opiniones apud logicos: quot et de modo ponis realis significanti apud grammaticos. Dicunt enim reales quod veritas est relatio realis: alii quod respectus rationis. et horum quidam ponunt has relationes tam in propositionibus vocalibus et scriptis quam in mentalibus: alii non nisi in solis propositionibus mentalibus. Nominales vero dicunt quod omnis propositio est veritas siue ipsa sit vocalis: siue scripta: siue mentalis: et quod nulle sunt in eis ponende relationes reales aut rationis ab ipsis propositionibus distincte: Sed mihi videtur secundum intentionem Aristotelis quod veritas nec sit relatio vlla: nec sit quecumque propositio: sed sola mentalis propositio. vocales autem propositiones et scripte dicuntur vere denominati de extrinseca non intrinseca. id est non a veritate que in ipsis est: vel que sit ipsa propositio: sed a veritate que est in mente. id est a propositioe mentali que est ipsa veritas. Quod autem hec sit Aristotelis sententia: probatur ex duobus locis sue doctrine: ait enim in tertio libro de anima: quod in compositione et divisione intellectus consistit veritas et falsitas: id est quando intellectus componit et dividit suos conceptus per affirmationem et negationem: et in sexto libro metaphysice dicit: quod bonum et malum sunt in rebus: sed verum et falsum in mente. id est in propositioe mentali. Ergo similiter in grammatica dictiones vocales et scripte dicuntur significantes non a modis significanti qui sunt in eis: vel qui sunt ipse dictiones: sed a modis significanti qui sunt in mente. id est qui sunt ipsemet dictiones mentales ex sua natura sic aut sic significantes. Hec est mea responsio mea pro resolutione in hac questione de modis significanti: et hec sufficiant pro secundo articulo. Ad rationes in principio questionis politas: paulo inferius respondebimus.

Primum dubium. Quantum ad tertium articulum dubitatur primo: quod sint precipue rationes quibus prima opinio realium grammaticorum. scilicet de relationibus realibus: inuari aut impugnari potest. Respondeo quod rationes principales pro ea facientes sunt ille due que tacite sunt in recitatione eius in tertio notabili. scilicet de locutione transitiva que denotat quod plures modi significanti sunt plures res: et quod omnis denominatio debet fieri ab aliqua forma realiter distincta ab eo quod denominat per illam: Sed preter eas additur adhuc alia ratio validior: quia impossibile est aliquod subiectum transire ab vno predicato ad alterum ei contradictorium sine aliqua mutatione facta in re quam illud subiectum significat: et hec regula etiam ponit ab Aristotele in sexta proprietate pre realium dicamenti substantie: ait. n. quod substantia est susceptibilis predicatorum contradictorium pbatur secundum sui significanti mutationem: sed dictio antequam imponeretur ab auctore erat non significans. et per impositionem facta est significans: que sunt predicata contradictoria: ergo per illam impositionem illa dictio aliquo modo est mutata: non quidem mutatione locali: aut aliqua alia alteratione: ergo mutata est per acquisitionem modi significanti: quem prius non habebat: ergo modus ille significanti est aliqua res de nouo

De modis significandi dictionum.

acq̄sita in dictiōe illa ad hoc q̄ esset significās: et illa res non est substātia: nec quā-
titas. nec q̄litas: ergo est relatio de predicamēto ad aliqd̄: cōsequētia probatur:
qa si illa dictio nullo modo esset mutata: nō magis esset nūc significās q̄ p̄us. Et
confirmatur p̄mo: qa ille qui imposuit dictiōem ad significandū: q̄ro an fecit
aliqd̄ in ea vel nihil: nō potest dari secūduq̄: qa imponere est aliqd̄ facere: ergo si im-
posuit eam: fecit aliqd̄ in ea: et si fecit: sequitur q̄ posuit aliqd̄ in ea: hoc quod posuit
voco modū significādi essentialē vel accidētalem: q̄ inherens dictiōi est res ab
ea distincta. Cōfirmat̄ secūdo: qa si modus significādi non esset aliud ab ipsa di-
ctiōe: et quum ipsa dictio potnerit esse antequam imponeret̄ ad significandum:
sequeret̄ q̄ modus significādi erat antequam dictio significaret: quod implicat
cōtradictionē. C Sed iste rōnes vident̄ nō sufficiēt̄ pbare illas relationes inbe- **Respō**
rētes dictiōib⁹. Prima enim assumit falsum: qa plures modi significādi non s̄io ad
sunt plures res distincte: sed sunt plures eiusdem rei comparationes. i. eadem res eam.
pluries comparata ad se vel ad alias res: hoc enim modo respondere solent nomi-
nales ad rationes realium q̄bus nituntur probare relatiōes reales. Secūda ratio
de locutiōe transitiva et de p̄dicatione denominativa: etiam falso innititur funda-
mento. Fallit enim quādo fit denominatio ab extrinseco: vt paries est visus. fallit
etiam in deo q̄ denominatur sapiens: potens: bonus. fallit tertio in creaturis sim-
plicibus: qa potentia materie nō est res ab ea distincta: nec inherens q̄litas a
qualitate distinguitur: nec informatio forme substantialis. Fallit quarto in q̄noz
vltimis p̄dicamētis: vt collocatus: veteranus: sedens: vestitus. et. nō ergo omnis
denominatio fit a forma: qa aliquę res dicuntur materiales a materia. et. vñ non
oportet q̄ isti modi significādi denominātes dictiōes significantes sint aliq̄ for-
me eis inherētes. Nec est verū q̄ semper cōstructio trāsitiua denotet res distin-
ctas: vt sapiētia dei: potētia materie: creatio angeli: idem sibi. et. sed frequēt⁹ au-
tores vtuntur locutiōe transitiva pro intransitiva: et isto modo sunt intelligende:
ille locutiōes: homo est nominatiui casus: numeri singularis: tertie declinatiōis:
genus nominis: tempus verbi: et alie omnes: qa docti grammatici habent in eis
sensum intrāsi. tiuum: idest homo est nominatiuus: singularis numerus: tertia de-
clinatio. et. Ad aliam rationem de transitu a predicato vno ad suum cōtradictō-
rium. et. dici potest q̄ illa regula est limitāda: q̄ requiritur mutatio in illa re vel in
alia ad quam illa aliquo modo se habet comparative: et quamuis in predicatis
nō relatiuis requiritur mutatio in eadem re: tamē in predicatis relatiuis sufficit ad
illum transitum q̄ sit facta mutatio in alia re que aliquo modo se habet ad illam:
hoc expresse habet Aristoteles in q̄nto physicorum: vbi ait q̄ in predicamēto ad
aliqd̄ non est motus: qa subiectum potest transire ab vno illorum predicatorum
ad aliud: etiam si res quam significat nullo modo sit mutata: dummodo res alia
respectu eius aliter et aliter se habeat: vt ille q̄ ad alium hominem est dexter: potest
fieri ei sinister: etiam si in eodem loco q̄scat: qa ille alius mutatus est. Et in predi-
camento substantie ad finem dicit idem Aristoteles: q̄ eadem oratio: vt Socra-
tes sedet: scripta in pariete: potest transire a veritate in falsitatem sine sui mutatio

Prima questio grammatica

ne. Ergo similiter dato quod eadem dictio transeat de non significante in significante: non oportet quod in ipsa sit facta mutatio vlla: et quod in ea sit acquisita aliqua vera forma: sed hoc fieri potuit per mutationem factam in aliqua alia re que ad ipsam dictionem aliquo modo se habeat: ut statim declarabitur. Ad primam confirmationem que inquirebat quid fecit in illa dictione autor quando imposuit eam ad significandum: dico quod in ea nihil fecit: sed in mente auditoris causavit quandam noticiam nouam: scilicet quia indicauit ei: cui noticie mentali subordinare voluit illam vocem aut illam scripturam: ita quod deinceps ea voce audita aut illa scriptura visa: ipse vteretur tali aut tali dictione mentali quam in se habet. Ad secundam confirmationem dicerent nominales: quod ante impositionem illius vocis vel scripture: modus significandi erat: sed non erat modus significandi: id est res illa que nunc est modus significandi iam erat: sed adhuc non erat modus significandi: quia nondum erat imposita ad significandum: exemplum de circulo taberne: qui erat antequam penderet ad portam taberne: quia in illo portu signum vini erat: sed non erat signum vini. Patet ergo quod rationes prime opinionis non conuincunt ad ponendum illos modos significandi supradictos dictionibus ad placitum significandi: sed neque in dictionibus mentalibus que naturaliter significant: quia ex illa imaginatione inciderunt in alia quedam inopinabilia que omnes docti horrent. Primum. n. ista opinio dicit quod in conceptibus mentis nostre quibus intellectus res extra se cognoscit: sunt quedam modi concipiendi ac intelligendi actiui: realiter distincti ab ipsis conceptibus: utpote quedam eorum accidentia respectiva: quibus ipsi referuntur ad res intellectas. Et quia omne relatiuum habet correlatiuum sibi respondens: dicunt secundo: quod etiam in rebus intellectis exterioribus sunt alij modi intelligendi passivi: id est quibus res ipse sunt intellecte et cognite ab anima nostra: et illi etiam sunt vera accidentia et relationes reales que inheret rebus et denominant eas intellectas. Tertio dicit ista opinio quod ab istis modis intelligendi actiuis causantur in vocibus et in scripturis eis subordinatis: quedam modi significandi actiui realiter distincti et inherentes eis tanquam vera eorum accidentia que eas denominant significantes. Et quia sunt relationes: oportet quod eis correspondeat opposite alie relationes: ideo quarto isti ponunt modos significandi passiuos in rebus vera accidentia: que eis inheret et denominant eas significatas. Sic igitur ista opinio ad istas relationes refert: et de eis intelligit omnia autor dicta de modis significandi in grammatica que in logica: et per huiusmodi relationes vult saluare totum artificium constructionis et regiminis in grammatica: et totam artem predicabiliu et predicamentorum atque propositionu in logica. Igitur quum illius dictionis homo sit multiplex modus significandi tam essentialis quam accidentalis: sequitur ad istam opinionem mirabilis assertio: quod in hac dictione sint pene innumera accidentia realiter a seipsis et ab ipsa dictione distincta. scilicet significatio absoluta: substantia: qualitas appellatiua: species primitiua: genus commune: numerus singularis: figura simplex: nominatiuus: tertia declinatio: item predicabile: species vniversalis: subiectum: predicatum: et ita de alijs multis sine numero. Similis illatio immo et incredibilior fieret de re significata per hoc nomen: nam in ea ponit hec opinio omnes modos intelligendi et significandi passiuos correspondentes predictis actiuis: non solum in hac dictione: sed et in omnibus alijs que eandem rem significant: et sunt valde multa. scilicet per omnia

Vide
quot
inopi
nabilia

De modis significandi dictionum.

omnia decem predicamenta. et quis unquam talia audiret apud probatissimos auctores grammaticae et logicae? et quis posset ista persuadere apud vere doctos? et primum quoscumque haec omnia ficticia esse et mera somnia reputabit. Ideo contra hanc opinionem arguo duabus rationibus. primo a posteriori de rebus sic: in rebus significatis per dictiones tam naturaliter quam ad placitum significantes: nulli sunt ponendi tales modi significandi passivi: ergo neque in ipsis dictionibus significantibus debent poni modi activi. consequentia est notissima ex lege correlativorum: quam Aristoteles ponit in suis categoriis: quae relativa sunt simul natura: et posita se ponunt: et perempta se perimunt: quae remotis a rebus significatis correlativis modis significandi passivis: auferri necesse erit a dictionibus modos significandi activos: quae sunt eorum correlativi. sed probo antecedens: quia eadem est ratio auferendi modos passivos ab aliquibus et ab omnibus rebus significatis: sed isti modi passivi in aliquibus rebus significatis non sunt ponendi: ergo neque in alijs omnibus: maior nota est: quia omnes res conveniunt univoce in una ratione communi significati: et minor probatur: tum quia video nullum posse esse accidens: tum quia in rebus iam corruptis aut nondum genitis nullum est accidens: tum denique quia in rebus impossibilibus: ut chimera et hircoceruus non possunt esse accidentia: et insuper unius accidentis non est aliud accidens inherens ei. et tamen accidentia sunt res significatae per aliquas dictiones: ergo in eis non sunt ponendi modi significandi passivi: quare neque in dictionibus illis erunt modi significandi activi: et eadem ratione neque in alijs dictionibus significantibus. Confirmat haec ratio: quia ista dictio modus significandi passivus significat illam rationem pro te: sed in illa non ponitur modus significandi passivus: nam secundum omnes reales standum est in quo: ne procedat in infinitum. ergo neque in dictione ista est modus significandi activus: quale tu fingis. Secundo ad idem arguo a priori specialiter de dictione vocali: quae in ea non sit ponendus modus significandi activus: quia cum sit res successiva procedens per suas literas et syllabas: nuncquam ipsa est tota simul: immo neque duae litterae aut syllabae eius: tunc arguo: si in illa dictione est modus significandi: quero autem est totus in tota et pars in parte: aut totus in tota dictione et totus in qualibet parte: aut est totus in una sola parte dictionis: non potest dari hoc tertium membrum: quia sic non tota dictio significaret sed sola una pars eius: quod est manifeste falsum et inopinabile apud omnes. consequentia probatur: quia solum illud significat in quo est significatio et nullum aliud. Neque potest dari secundum membrum: quia in formis rerum corporalium ut Augustinus dicit: sola anima rationalis est tota in toto corpore: et tota in qualibet eius parte cum omnibus accidentibus quae sunt in ea: ergo ille modus significandi non est totus in tota dictione. et totus in qualibet syllaba aut littera eius: Neque potest dari primum: quia si ille modus significandi habet partes: est totum omogeneum sicut lux vel calor: et ita quolibet pars eius est modus significandi: ergo prolata prima littera aut prima syllaba dictionis iam res esset significata: et deinde iterum in secunda: et consequenter in tertia littera vel syllaba: et in qualibet aliarum. ergo una dictio vocalis non semel sed pluries rem suam significaret: scilicet toties

Prima questio grammatica

quot syllabas aut literas haberet: consequens est falsum: et contra Aristotelem in predicamento quantitatis: ubi inquit: quod semel dictum est amplius resummi non potest: consequentia vero probatur ex dictis: quia illud significat in quo est significatio uel modus significandi: et quilibet pars modi significandi est modus significandi ac significatio: et in qualibet littera aut syllaba dictionis est pars significationis et significatio: ergo quelibet littera et quelibet syllaba dictionis uocalis significaret: et quum quelibet seorsum ab alijs proferatur: sequitur quod non tantum semel sed bis aut ter aut pluries una dictio rem suam significaret: quod nullus doctor concederet. Confirmatur hec ratio: quia hec uox homo: quam nunc ego profero: nunquam fuit in mundo usque modo: ergo in ea non est ille modus significandi: consequentia probatur: quia in nulla dictione est modus significandi nisi quando imponitur: uel est imposita ad significandum: ista autem dictio nunquam fuit imposita: quia primus impositor nunquam eam audiuit: neque modo imponitur de nouo ad significandum: ergo nullius hominis impositio causauit in hac dictione uocali aliquem talem modum significandi: et ita ipsa non habet illum: et eadem ratione neque aliqua alia. Et si dictio uocalis non habet talem relationem realem: neque dictio scripta illam habet: quia ut dicit Aristoteles in primo libro Periermenias: scripture consecuntur uoces in significando. De dictionibus etiam mentalibus idem probatum est in tertia conclusione secundi articuli: quia ex sua natura significant et non per aliquid aliud ab eis. Relinquit ergo hec opinio de relationibus realibus sufficenter reprobata ut falsa et inutilis bone discipline.

Secundum dubium. Et secundo dubitatur de altera opinione: que ponit modos significandi dictionum tam essentielles quam accidentales esse respectus rationis denominantes dictiones: ad hoc ut dicantur significantiue. Dubitatur ergo que sint precipue rationes quibus ipsa fulciri: et quibus etiam impugnari possit. Respondeo quod illa opinio facit discrimen inter relationes reales et respectus rationis: quia relationes reales non sunt ponende: nisi ubi due res ex naturis suis sese habent adinuicem: ut paternitas et filiatio: similitudo et dissimilitudo: equalitas et inequalitas. etc. Ubi autem res ex sua natura non sic se habent: sed ex sola uoluntate aut imaginatione hominum: relationes ille non sunt reales sed solam respectus rationis: id est a ratione humana causati per hoc quod unam rem ad aliam comparat. ex illo ergo actu intellectus collatiuo duarum rerum per suam liberam uoluntatem resultant illi respectus rationis qui non sunt uere res: nec accidentia realia que subiectis inhereant. Et quia dictiones significantiue non habent quod significant ex natura sua: sed solum ex uoluntate autorum: qui ex suo beneplacito uoluerunt illas dictiones imponere ad significandas res illas tali aut tali modo significandi essentiali uel accidentali: ideo dicunt illos modos significandi respectus rationis: qui licet non inhereant dictionibus: tamen attribuntur eis per intellectum et uoluntatem: et denominant dictiones esse significantes: ita bene ac si essent realia accidentia eis inherencia. Confirmant isti hanc suam opinionem cum dicto Aristotelis in tertio libro de anima: et in nono libro metaphysice: ubi ait: quod

De modis signis candi dictionum,

operationes humani intellectus et voluntatis sunt immanentes: id est intus manentes in anima: et non transeuntes ad extra ad operandum aliquid exterius in alijs rebus ab ipsa anima: ergo ille homo qui imposuit dictionem ad significandum: non potuit in ea causare aut producere aliquam veram formam seu realitatem: et tunc fecit aliquid in ea: quia imposuit eam ad significandum: et causavit respectum rationis: quem dictioni attribuit ut eam denominet. Et quia omnis relatio habet aliam sibi correspondentem ex opposito: igitur ista opinio sicut et precedens ponit modos significandi passivos in rebus significatis: quod correspondet modis activis in dictionibus significatis: et omnia alia dicuntur per ordinem sicut et alij reales de prima opinione: Sed ista opinio sicut et precedens incertum et infirmum habet fundamentum: quia sicut relationes reales non constant experientia: nec auctoritate: aut aliqua ratione certa: et si ne eis possunt facillime intelligi et saluari omnia sapientum dicta tam in scientiis realibus: quam etiam in sermocionalibus. eodem modo relationes rationis neque constant: neque sunt necessarie ad scientias bene intelligendas. Et si rationes facite contra aliam opinionem bene adaptarentur: omnes fere possunt adduci ad evertendam istam opinionem. Et si in rebus adinvicem se habentibus secundum naturam suam: non sunt ponende relationes: secundum veriozem et utiliozem modum philosophandi: multo minus quando res non ex natura sua: sed solum ex voluntate humana adinvicem referuntur. Nec etiam secunda opinio sibi ipsi dissona est in duobus. Primo quia dictiones mentales quae sunt conceptus mere naturaliter significantes: ex sua natura assimilantur rebus: easque representant: quia sunt naturaliter similitudines earum: et ab ipsis obiectis naturaliter causate: ex sua natura et non a voluntate humana significant: ergo si relationes sunt concedende: modi significandi dictionum mentalium essent concedendi relationes reales: et non solum respectus rationis ut dicit ista opinio. Secundo quia dictum Aristotelis ab ea citatum: quod operationes animi nostri sunt immanentes et non transeuntes: magis facit contra eam quam pro ea: quia intellectus comparans dictionem vocalem aut scriptam ad rem significatam per eam: nihil causat in dictione: nihil etiam in re significata per dictionem: dico nihil reale aut rationis: quia eadem est ratio causalitatis in utroque. Adhuc quero ab istis sic opinantibus an respectus rationis sint vere res: aut non: sed purum nihil. si secundum dixerint: ipsimet suam annihilant sententiam: quia profecto nihil dicunt ponentes respectus rationis. ad quid enim multiplicant verba et involunt sententias: si respectus illi nihil sunt: et quare dicunt se superaddere eos dictionibus significantibus et rebus significatis: quod enim nihil est non superadditur alijs. Nec possunt dicere quod sint vere res: quia intellectus noster non producit aliquas veras res extra se: quod etiam ipsi fatentur. Sed aliqui istorum hac rationem effugiētes dicunt: quod hoc nomen res aliquando venit a verbo reor: quod est opinor: et aliquando a nomine ratus quod est firmus et verus. Dicunt ergo quod respectus rationis non sunt res secundo modo sed primo: et ita non sunt purum nihil: sunt enim entia quedam rationis. id est a ratione fabricata: non antequam rata et firma que habent esse in mundo praeter operationem intellectus no-

Prima questio grammatica

stri. Hec pfecto euasio est mere phantastica et ficticia. primo: quia ponit mediū inter ens et nō est quod ens nihil: que sunt contradictoria: et tamen tota schola sapientum approbat dictum Aristotelis dicentis: quod contradictio est oppositio cuius secundū se non est mediū. Secundo quia facit hoc nomē res deriuatum: preter omniū latinorum sententiā: immo potius verbū reor et nomē reus deberent esse deriuata a nomine res. Tertio quia illa distinctio nunquā fuit alias audita apud uere doctos: sed isti eā finxerunt ex sua phantasia: ipsa ergo nō est rata et certa: sed potius reata et mere ficta: eāque ponens reus est ac reatū facit cōtra manifestā ueritatem bone et docte philosophie.

Tertiū dubiū Tertio dubitatur de opinione nominalium: quibus rationibus stabiliri possit: quibusue impugnari. Respondeo quod nominales isti supervenerunt realibus: et uidentes quod relationes et respectus omnes non constant: immo potius superfluum atque impediunt uere doctos in omni bona doctrina: decreuerunt ipsi uia opposita procedere. scilicet negando omnes relationes et respectus distinctos a rebus absolutis: ideo asseueranter dixerunt quod nulla relatio est alia res a suo fundamento: ita quod paternitas non est aliud a patre: et filiatio est ipsemet filius: et equalitas aut inequalitas nihil aliud est quam ipsa quantitas ad aliam comparata: et similitudo ac dissimilitudo est ipsa qualitas ad aliam comparata: et actio est ipsum agens: et passio est res que patitur: et ita de sessione: ubicatione: et de alijs omnibus predicamentis. Unde consequenter dixerunt quod significatio vel modus significandi est ipsamet dictio significans quecumque sit illa. id est siue sit mentalis siue uocalis siue scripta. Hec est precipua ratio illius opinionis: quia non est ponenda pluralitas sine necessitate: id est nisi ad eam ponendam cogat experientia: vel ratio uel autoritas: nullū autem horū cogit ad ponendas relationes siue reales siue rationis: quas due predictae opinionēs ponebant. etc. Sed quāuis hec uia nominaliū in tollendis relationibus mihi admodum placeat: eiusque rationē censeam approbandam ab omnibus uiris doctis: qui sine experientia manifesta uel ratione certa: que sit demonstratiua: aut multum probabilis dialetica: nihil asseuerant: nisi forte ubi fides catholica ad hoc eos astringit. qui enim sine his fundamentis aliquid ponit: non meretur dici philosophus sed temerarius presumptor: tamen in eo quod hec opinio de uocibus et scripturis ad placitum significatibus dicit eas esse suos modos significandi: nō consentio ei: sed asseueranter dico: quod modi significandi earum sunt ab eis realiter distincti: non quidem quod sint respectus reales uel rationis in ipsis uocibus uel scripturis existentes tanquam eorum accidentia uel denominatiua: hoc enim sufficenter improbatum est in hac questione. Sed teneo quod modi significandi dictionum ad placitum significandum: sunt dictiones mentales naturaliter solum significantes quibus subordinantur uocales et scripte: et in mentalibus teneo cum nominalibus: quod ipsemet sunt sui modi significandi: sed non in dictionibus uocalibus et scriptis que solum ad placitum significant. Hanc meam sententiā quasi si mediam inter reales et nominales: puto esse de mente Aristotelis in primo libro perihermenias: et in tertio de animā: et in sexto libro sue metaphysice: qui loci iam

opinio aucto

Prime questionis de modis significandi finis.

sam citati sunt in superioribus articulis huius questionis. Nam sicut ipse Aristoteles tenet quod propositio vocalis aut scripta nec ipsa est sua veritas: nec in ipsa est veritas: sed solum in mente: que nihil aliud est quam propositio mentalis: quam vocat compositionem aut divisionem intellectus: ita similiter in dictionibus incomplexis ego teneo quod dictio vocalis aut scripta nec ipsa est suus modus significandi nec in ipsa est modus significandi: sed solum in mente: qui nihil aliud est quam simplex conceptus mentis: quem Aristoteles vocat simplicem intelligentiam. Hanc meam sententiam probo una ratione sumpta ex predictis meis conclusionibus secundi articuli: eritque hec ratio communis ad omnia signa orationalia siue sint complexa siue incomplexa. et arguo sic: tota ratio significationis vocum et scripturarum: id est quare significant hoc vel illo modo: est sumenda ex conceptionibus mentalibus: quibus subordinantur in significando: sed ratio significationis mentalium conceptuum non est aliunde querenda quam ab ipsis met conceptibus. et modus significandi dictionis nihil aliud est quam ratio significationis eius: ergo modi significandi vocum et scripturarum sunt requirendi a dictionibus mentalibus: et modi significandi dictionum mentalium non sunt aliunde petendi quam ab ipsis met dictionibus mentalibus: quare mea sententia est vera: consequentia est manifeste bona: et minor supponitur: quia est definitio quid nominis: sed maioris prima pars de vocibus et de scripturis probatur ex duabus primis conclusionibus: secunda vero pars ex tertia conclusione. Dictum est enim quod voces et scripture non significant ex sua natura: sed ex voluntaria impositione autorum: atque ex voluntaria subordinatione earum ad dictiones mentales: et denique mentales dictiones non ex voluntate humana sed ex sua natura significant: quia sunt naturales similitudines rerum ab obiectis et a potentia causate: et huius rei nulla alia est querenda ratio: sed in eis stat ultima resolutio et immediata ratio totius significationis totiusque veritatis aut falsitatis: atque totius congruitatis et incongruitatis sermonis humani. Quando enim queritur quare hec vox aut scriptura significat hoc vel illud: hoc vel illo modo: respondendum debet quod non ex sua natura: sed per hoc quod subordinata est dictioni mentali: que hec v. illud significat hoc vel illo modo. Et si ulterius queratur de dictione illa mentali: quare significat hoc aut illud hoc vel illo modo: responsio certa est: quod ex sua natura: quia est naturalis similitudo rei quam significat. scilicet causata ex obiecto et potentia: unde huius nulla alia est querenda ratio: ergo mentales dictiones sunt sibiipsis rationes significandi et modi significandi. vocum autem et scripturarum rationes significandi et modi significandi sunt dictiones mentales quibus subordinantur in significando. Hec de questione.

Questio secunda logica de dicibilibus
transcendentibus et li-
mitatis.

Utrum dicibile transcendens: ut ens: sit uniuersale pre-
dicabile atq; in predicamento vlllo reponibile? Ad partem affirmatiuā sic
arguitur. Huiusmodi nomen aptū est predicari essentialiter et in quid de dicibili-
bus limitatis que ponuntur in predicamentis: sed oē quod sic predicatur de alio
est ei coordinabile: ut verū uniuersale et predicabile prope dictū in eodē predica-
mento: ut Aristoteles docet in opusculo suarū categoriarū: ergo transcendens no-
men est uniuersale et predicabile atq; in predicamento reponibile. Consequentia
est clara cum minore: sed maior patet de istis predicationibus: homo est ens. li-
nea est ens: color est ens: que sunt essentialiter et quidditative: et earū subiecta sunt
limitata et in determinatis predicamentis posita. Ad partē vero negatiuā citatur
dictū Aristotelis in quarto libro suorū topicorū: vbi disputat problemata gnīs:
si illud inquit quod sequitur ad omnia assignetur esse gen^{us}: malu est assignatio: vbi
per dicibile quod sequitur ad omnia: intelligit nomen transcendens. ut patz ex exē-
plo regule: ibi posito. s. ut ens. Ex quo ei^{us} dicto sic pōt fieri argumētū ad partē ne-
gatiuā. si transcēdēs posset esse uniuersale ppe dictū: maxime esset genus. s. ppter
eius nimīā cōitatē seu generalitatē: sed Aristoteles negat transcēdēs esse genus:
ergo negat ipsum esse uniuersale seu predicabile ppe dictū: quare neq; est repo-
nibile in aliquo predicamento.

In hac questione sicut in precedētī tres faciemus articulos tripartitos. Pri-
mus eorum continebit notabilia. Secundus respondebit per cōclusionēs: et terti^{us}
superaddet dubia.

**Pri-
mum &
logica.**

Quātū ad p̄mū articulū p declaratione vocabulorū notādū est p̄mo: q̄ q̄nīs
nōia transcendentia sint p̄p̄a metaphysice vocabula: a qb^{us} et ipsa grece dicta est
metaphysica. i. transcendentū scientia: tamē hanc questionē logicam inscripsi-
mus: quia ipsam determinare et resolvere nulla alia scientia potest nisi logica: quā
Aristoteles modū sciēdi appellauit in secundo libro sue metaphysice: et hoc ideo
quia logica docet modū obseruandū in omnibus scientiis: ipsa habz ordinare vo-
cabula omnium scientiarum. Quum itaq; hec nostra questio inquirat de vocabu-
lis transcendentibus metaphysicis: et de limitatis aliarum scientiarum inferio-
rum: ad logicam disciplinam pertinebit determinatio huius questionis. et hoc
precipue in prima eius parte: quam Aristoteles tradidit in opusculo suarum ca-
tegoriarū: idest predicamentorū: vbi dicibilium scientificorū coordinatiōes docuit.
In eadem ergo logice parte declaranda sunt nomina transcendentia: que etiam
sunt scientifica: quia eis utitur scientia metaphysica. Nam sicut pars secunda lo-
gice dat artificium generale ad omnes propositiones omnium scientiarum: et

De transcendentibus et limitatis

tertia eiusdem pars ad omnes argumentationes omnium scientiarum: ita etiam prima pars logice que est de incomplexis: docet ordinare omnes terminos omnium scientiarum: eius ergo erit considerare de terminis transcendentibus et de limitatis: declarando eorum naturas et proprietates. Hec ergo questio est logica: simile dicitur de grammatica: quod ipsa docet modum loquendi per vocabula omnium artium et scientiarum: et eorum omnium docet proprietates.

Secundo sciendum est: quod hec duo nomina transcendentis et limitati: quod ad seipsa relative dicuntur: possunt duobus modis accipi. id est. possunt esse nomina prime vel secunde intentionis siue impositionis. primo modo sunt nomina rerum huius mundi: et pertinet ad scientias reales. secundo sunt nomina nominum et referenda ad scientias sermocionales. Transcendens ergo primo modo est res supernaturalis non subiecta naturalibus transmutationibus. id est. res ingenerabilis: incorruptibilis: inaugmentabilis: indivinibilis: inalterabilis: et omnino impassibilis ab ullo agente naturali. ut deus: angelus: celum: et anima rationalis. Et per oppositum limitatum in hac acceptione est res predictis transmutationibus subiecta: easque patiens ab agente naturali. huiusmodi sunt elementa et omnia mixta corpora naturalia siue sint animata siue inanimata perfecta aut imperfecta mixta: de quibus Aristoteles dicit in 4. libro physicorum quod subduntur motui: et mensurantur tempore: quia incipiunt et desinunt in tempore. Et sic accipere solent hec duo nomina philosophi reales quando dicunt quod metaphysica est de rebus transcendentibus: alie vero scientie sunt de rebus limitatis. ut physica: mathematica: moralis et medicina. Sunt nihilominus alii reales qui putant transcendentia de quibus est metaphysica esse quasdam naturas communissimas vel conceptus reales obiectuales. scilicet. communes deo et creaturis omnibus: etiam preter operationem humani intellectus: et illa transcendentia dicunt significari per illa nomina: ens: res: aliquid: unum: verum: bonum. Sed contra huiusmodi imaginationes facit dictum Aristotelis contra ideas Platonicas: Gaudeant inquit species et genera. scilicet. realia separata: quia monstrata sunt. id est. pura figmenta: ut chimere: immo hec transcendentia ridiculiosiora sunt Ideis Platonice: et proculdubio plus impediunt. afferunt omnibus bonis doctrinis quam iuvamenti. Et in concilio Constantiensi hec positio a patribus damnata est ut erronea et repugnans fidei catholice: ut refert dominus Bersonus cancellarius Parisiensis ad hec verba. Damna est novissime per celeberrimum concilium Constantiense: inter errores Joannis Hus et Hieronymi Pragensis: positio de universalium realium assertionem: precipue quod aliqua sit entitas realis condita deo et creature: quia ex ea sequitur quod nulla res possit creari ex nihilo: sed nec posset annihilari: quod a predicto Hieronymo in disputatione fuit concessum: sed statim fuit damnatum tamquam hereticum. Nos igitur in huiusmodi transcendentibus commissis propter vocabula nullas alias res aut realitates conditas credere possumus: immo neque debemus.

Tertio notandum est: quod hec duo nomina transcendentis et limitati: quando sunt termini secunde impositionis et nomina nominum: sunt vocabula logica ad primam logicam partem pertinentia: sed eorum definitiones a logicis variis modis poni solent.

Secunda questio logica

nam quidam eorum sicut distinguunt predicamenta per materialia significata terminorum: id est per diuersas res pro quibus supponunt: ita distinguunt transcendens a limitato per materialia eorum significata: dicentes quod transcendens nomen est quod significat et supponit omnes res totius mundi. ut ens: et isti ponunt solu sex transcendentes hec. ens. res. aliqd. vnu. veru. bonu. et per oppositum limitatum nomen est quod non omnes res: sed aliquas earum significat et supponit: ut substantia: quantitas: qualitas et alia omnia genera et species predicamentorum: quorum vnum quodammodo ideo dicitur limitatum: quia limitatur. scilicet determinatur ad aliquod vnum predicamentum determinatum: et ad significandas quasdam res determinatas.

Logici
reales

Transcendens vero nomen ideo dictum est: quia transcendit omnia predicamenta et omnes res huius mundi sua amplissima significatione et suppositione. Et isti sunt logici reales: quos etiam inscutus est Buridanus et plerique nominalium: precipue quantum ad has diffinitiones transcendentis et limitati: quamuis non quantum ad distinctiones predicamentorum.

Nominales

Alij vero logici dicti nominales: tam in distinctione predicamentorum: quam etiam in distinctione transcendentium et limitatorum vniuersalem habent modum: quia distinguunt ea per modos significandi formales terminorum: et non per materialia significata eorum. et ex consequenti per diuersos modos predicandi de suis subiectilibus. Modi significandi formales sunt: absolutio: cognotatio intrinseca vel extrinseca: hoc vel illo modo cognotationis. et modi predicandi sunt: in quid vel in qua le essentialiter vel accidentaliter et denominatione hoc vel illo modo: quare secundum istos diffinitiones transcendentis et limitati erunt hec. Transcendens est nomen habens simul et inuicem modos significandi et predicandi plurimum predicamentorum: ut rationale: ut corpus: ut habitus: sed limitatum est nomen habens modum significandi et predicandi vnius tantum determinati predicamenti: ut animal: ut numerus: ut color. Unde patet quod ad hoc quod aliquod nomen sit transcendens: non oportet quod se extendat ad omnia predicamenta: sed satis est quod transcendat ultra vnum predicamentum: extendens se ad duo vel tria aut plura predicamenta: quare distinctio transcendentis et limitati non est facienda per omnia et aliqua: ut reales dicunt: sed per vnum et plura predicamenta: ut nominales putant. Nec oportet quod nomen transcendens supponat pro omnibus rebus mundi: et limitatum pro aliquibus et non pro omnibus. Nam Aristoteles in quinto libro metaphysice plura ponit transcendentia: quorum nullum supponit pro omnibus rebus mundi. ut principium: causa: elementum: natura: et alia multa. Sunt rursus quedam nomina in predicamentis: quorum quodlibet pro omnibus entibus mundi supponit: ut ad aliquid et idem: differens vel diuersum: et quedam alia. Subiectibilia de quibus transcendens predicat sunt dicibilia limitata illorum predicamentorum ad se extendit illud transcendens. ut corpus predicat essentialiter in quod de aliquo terminis predicamenti substantie: et similiter de aliquo terminis predicamenti quantitate. Eodem modo habet de terminis proprie speciei qualitatis. et de terminis. et predicamenti. et in

De transcendentibus et limitatis

le etiam dicitur essentialiter in quale de homine et de individuis eius in predicamento substantie: et predicatur essentialiter in quid de grammatica: logica et rhetorica: que dicuntur scientie rationales vel sermocionales in predicamento qualitatis. Ita diceretur de illis nominibus: principium: causa: elementum: natura: et de alijs omnibus ab Aristotele positus in quinto libro sue metaphysice. Nominales ergo negant illa sex nomina: ens: res: aliquid: unum: verum: bonum: esse transcendentia: nam quodlibet eorum in ea significatione qua reales ea accipiunt: habet solum unum modum significandi et predicandi unius tantum predicamenti: non ergo transcendit ad plura.

Quantum ad secundum articulum pro responsione ad questionem: ponuntur tres conclusiones. Prima sit hec. omne nomen transcendens est equiuocum: et omne limitatum est uniuocum. Probatio est clara ex definitionibus transcendentis et limitati a nominalibus positus: quorum doctrinam in predicamentis nostris pre alijs acceptauimus: non solum pro distinctione predicamentorum a seipsis: sed etiam pro distinctione transcendentium a limitatis: eo quod illa opinio sit magis consona doctrine Aristotelis in distinctione scientiarum: quam formalem et non materialem facit in primo libro posteriorum et in secundo physicorum. Probatur ergo conclusio hac ratione: omne nomen habens simul modos significandi et predicandi diuersorum predicamentorum est equiuocum: sed omne transcendens est huiusmodi: ergo omne transcendens est nomen equiuocum. consequentia est bona et formalis in primo modo prime figure: et maior probatur vera ex illa regula antepredicamentali. Diuersorum generum diuersae sunt species. et ex qua elicitur corollarium quod nullum nomen uniuoce acceptum potest pertinere ad diuersa predicamenta: et ita maior fuit vera. minor vero constat esse vera ex definitione transcendentis secundum nominales: que est alijs certior ac verior. Ex opposita quoque definitione limitati secundum eos altera pars conclusionis euaderet bene probata. si enim est limitatum ad unum predicamentum: ergo habet unum solum modum significandi et predicandi: ergo est uniuocum: et ita tota prima conclusio relinquitur vera. Que etiam confirmatur auctoritate Aristotelis in v. libro sue metaphysice: ubi omnia transcendentia distinguit per varias significationes diuersorum predicamentorum: ex quibus quinque distinguit in fine operis categoriarum: que vocantur quoque postpredicamenta. scilicet oppositionem: motum: prius: simul: et habere: vel habitum: nam eorum varie acceptiones ad diuersa noscuntur pertinere predicamenta. sunt ergo equiuoca. Ex hac vero conclusione eliciuntur tria corollaria ipsam explicantia. Primum: quod omnis terminus qui nunc est prime: nunc secunde intentionis seu impositionis: confuse et sine distinctione acceptus est transcendens. Probatur ex definitione: quia sic acceptus ille terminus: habet simul diuersos modos significandi et predicandi diuersorum predicamentorum: ergo transcendit plura predicamenta: nam in prima acceptance pertinet ad decem predicamenta ab Aristotele tradita: in secunda vero ad predicamentum secundarium intentionum quod ponitur undecimum: et ab alijs diuersum. Corollarium patet in istis terminis: genus: species: subiectum: accidens: prius: posterius: et in alijs multis: que ex scientijs realibus usurpati sunt pro scientijs sermocionalibus. Secundum corollarium:

Questio secunda logica

Corollarium quod omne nomen quod modo est absolutum: modo cognotatum: etiam confuse acceptum: est vere transcendens. Probatio est similis precedenti: quia habet simul modos significandi et predicandi diversorum predicamentorum: quia in significatione absoluta pertinet ad predicamentum substantie: sed in cognotativa significatione refertur ad alia predicamenta. esto exemplum hoc nomen corpus in predicamento substantie et in predicamento quantitatis. Similiter hoc nomen homo dictum de Petro: Paulo: et de alijs puris hominibus est nomen absolutum de predicamento substantie. sed dictum de filio dei: Jesu Christo dicitur esse cognotatum de predicamento ad aliquid: vel potius de predicamento actionis: ut docet potissimum nominalium: nam filius dei non dicitur homo: quod sit sua humanitas sicut: Petrus aut Paulus: sed dicitur homo quia sustentet humanitatem assumptam: et forte occurret hoc nomen ens: et alia quaedam exempla huius corollarii. Tertium corollarium: quod omne dicibile cognotatum quod variatur per intrinsece et extrinsece cognotatum: vel quod habet diversorum generum extrinsecas cognotationes similiter est transcendens confuse acceptum. probat sicut duo precedentia: quia huiusmodi dicibile habet simul diversos modos significandi et predicandi diversorum predicamentorum: ergo transcendit plura predicamenta: nam cognotatio intrinseca reductiue est in predicamento substantie: ubi sunt differentie specificae que cognotant intrinsece: sed cognotatio extrinseca pertinet ad alia noua predicamenta accidentium: et illa etiam dividitur in plura genera. Exemplum prime partis: ut hoc nomen rationale confuse acceptum est simul intrinsece et extrinsece cognotatum: est enim differentia diuisiva animalis in predicamento substantie: et ita cognotat intrinsece formam eius: que est anima rationalis: est etiam species scientie in predicamento qualitatis: et ita cognotat extrinsece obiectum scientie quod est ens rationis. Exemplum secunde partis sit hoc nomen habitus: quod in predicamento qualitatis significat scientiam aut virtutem ex diuturna assuetudine radicata in homine: sed in predicamento decimo significat vestem aut indumentum corporis. et utraque significatio est cognotatio extrinseca: sed diversorum predicamentorum. Ex his ergo apparet clara veritas prime conclusionis: et per eam facile est respondere ad titulum questionis negative: quia omne uniuersale et predicabile proprie dictum est uniuocum. sed nullum transcendens est uniuocum: ergo nullum transcendens est uniuersale et predicabile proprie dictum: quare nec reponibile in predicamento. Consequentia patet: quia omne reponibile in predicamento est uniuersale vel predicabile genus vel species. &c.

Secunda conclusio. Secunda conclusio principalis. Quamuis omne commune uniuocum sit limitatum: tamen non omne equiuocum est transcendens. Prima pars notissima est: quia omne uniuocum habet solum unum modum significandi et predicandi: ergo vel est absolutum: et sic est limitatum ad predicamentum substantie: vel est cognotatum intrinsece solum: et sic reductiue est in solo predicamento substantie: vel est cognotatum extrinsece. et quia est uniuocum: habet determinatum modum unius tantum predicamenti accidentium: puta quantitatis: qualitatis: ad aliquid: vel alius aliorum: est ergo limitatum ad unum determinatum predicamentum. Secunda

De transcendentibus et limitatis.

pars probatur dupliciter. Primo sic: omne transcendens est terminus scientificus: quia pertinet ad metaphysicam scientiam: sed non omne equiuocum est terminus scientificus: nam equiuocum a casu reiectum est ab exercitio scientiarum: et soli arti sophisticæ adiectum est ad decipiendum aptissimum: ideo in primo elenchorum dicit: quod equiuocatio est locus publicissimus ad decipiendum: et non ad sciendum aliquid per certitudinem. solum ergo equiuocum a consilio potest esse transcendens: et scientie metaphysice accommodum. Unde ipse Aristoteles in quarto libro metaphysice horum equiuocorum discrimen expressit dicens: quod in pure equiuoco rationes diuersæ sunt et disparate a seipsis: sed in analogo rationes non sunt penitus diuersæ: quia omnes ille ad unam principalem habent attributionem. unde concludens ait: quod non solum uniuocum est scientificum nomen: sed etiam analogum: quia in eo reperitur unitas aliquo modo: et huiusmodi est omne transcendens: ut diffuse declarat consequenter in quinto libro distinguens nomina transcendentia: nam cuiuslibet transcendentis plura declarans significata: tandem in eis querit unum principale: et ad illud reducit alia omnia. Secundo eadem pars probatur: quia sunt quedam equiuoca: quorum omnia significata continentur sub eodem generalissimo: licet sub diuersis subalternis eius. huiusmodi sunt equiuoca non sunt transcendentia: quia non transiunt ultra unum predicamentum. consequentia est clara: sed antecedens patet: et in terminis prime impositionis quæ etiam in secundis. De primis Boetius dicit in sua arithmetica quod nomina figurarum ut triangulum: quadrangulum: circulum: et alia plura: equivoce dicuntur in magnitudinibus et in numeris: et tamen ea omnia pertinent ad unum predicamentum quantitatis: vel potius ad quartam speciem qualitatis. Item Petrus Hispanus dicit in suis summalis quod hec duo nomina: cursor et pugillator equiuoca sunt: et in una significatione pertinent ad primam speciem qualitatis: et in alia ad secundam speciem eiusdem predicamenti. De nominibus secunde impositionis plurima sunt exempla: sed familiariter ceteris est hoc nomen genus: quod equiuocum est: et aliter in grammatica: aliter in logica: aliterque in rhetorica est acceptum: immo in grammatica equivoce ponitur accidens nominis et accidens verbi. et in logica equivoce dicitur genus predicabile in prima parte logice: et genus subiectum in posterioribus: et genus predicatum in topicis: et tamen in omnibus his acceptionibus genus est nomen unius tantum predicamenti. unde de secundis intentionibus: ergo vera est conclusio quod non omne equiuocum est transcendens proprie loquendo de transcendentibus. Et ex hac quoque secunda conclusione tria eliciuntur corollaria. Primum est: quod sicut omne equiuocum potest fieri uniuocum sine noua impositione: ita omne transcendens potest fieri limitatum sine noua impositione. Secunda pars est notissima ex dicto Aristotelis in postpredicamentis. illud est prius a quo non conuertitur consequentia. ut si duo sunt: unum est: sed non e contra: et hoc ideo: quia ubicumque est numerus ibi est unitas: quæ et potest a quolibet numero separari et seorsum sola accipi. sed equiuocum est pluralitas et numerus significationum: uniuocum vero est unitas significationis: de quo et Aristoteles dicit in quarto libro metaphysice: quod omne nomen unum significat unum: nomen unum est uniuocum: et omne tale significat unum. id est secundum unam solam rationem: quamuis plures significet res: ergo sine noua impositione potest nomen equiuocum accipi in una sola suarum si-

Questio secunda logica.

gnificationum: et ita fiet uniuocum: et hic est communis usus in vnaquaque doctrina: quia vbi cumque occurrit nomen equiuocum: aut ex pluribus eius significatis eligit vnum quod facit ad suum propositum: et ita exclusa equiuocatione accipit nomen illud uniuoce: ergo prima pars est vera: Ex qua manifeste sequitur secunda: quia si omne transcendens est equiuocum: et omne limitatum est uniuocum: ergo si transcendens in vna sola significatione accipitur: fiet nomen limitatum: eritque verum uniuersale predicabile et in predicamento determinato reponibile ut genus vel species in eo.

Corollarium

Secundum corollarium: quod hoc nomen ens et quodlibet aliorum que ei connumerantur ut transcendentia. scilicet res: aliquid: vnum: verum: bonum. si in vna sola significatione accipiantur sine noua impositione: per eam solam quam modo habet: potest esse limitatum et reponibile in vno determinato predicamento ut genus vel species in eo. patet hec veritas ex precedenti corollario manifeste. et item quia tunc non haberet nisi vnum modum significandi et predicandi. ille ergo modus vel erit significatio absoluta: et ita reponetur in predicamento substantie: vel erit cognotativa significatio: et tunc ostenso que et qualis illa sit: clarum erit videre ad quod predicamentum referendum sit nomen illud: eritque vere predicabile essentialiter in quid de terminis illius predicamenti. scilicet tanquam verum genus vel species in illo predicamento.

Corollarium

Tertium corollarium sit: quod etiam si teneretur opinio illorum qui dicunt ens nomen commune uniuocum deo et creaturis: tam substantiis quam accidentibus: tamen ex hoc non erit proprie dicendum transcendens. scilicet formaliter. Probatur clarissime ex premissis: quia nullum uniuocum uniuoce acceptum est formaliter transcendens. non enim habet plures modos significandi et predicandi diversorum predicamentorum: sed vnum tantum vnius determinati predicamenti. ens ergo uniuoce acceptum quous concederetur esse materialiter transcendens. id est supponens pro omnibus rebus totius mundi: tamen in illa acceptione non esset formaliter transcendens: sed potius limitatum ad aliquod vnum predicamentum. Huius vero opinionis de uniuocatione entis ad significandas omnes res totius mundi: probabilitas stat in hoc: quia a qualibet conuenientia duarum rerum potest abstrahi vnus conceptus eis communis: et nomen illi conceptui subordinatum uniuoce significat eas: per definitionem uniuocorum: sed deus et creatura conueniunt in aliquo: similiter substantia et accidens: ergo potest dari conceptus communis deo et creature: similiter substantie et accidenti: quare dabile est nomen uniuoce significans vtrumque. id est quod illi conceptui subordinatur: et huiusmodi est ens: maior est notissima: quia cuiuslibet conuenientie est dabile nomen eam significans: et omne nomen vocale vel scriptum significat per subordinationem ad conceptum mentalem: ut Aristoteles docet in primo libro peribermetas: sed minor probatur: quia semper quando vna res per aliam cognoscitur ille due habet conuenientiam inter se: sed per creaturam cognoscitur deus: ut dicit apostolus ad I Ro. primo: et per accidentia cognoscitur substantia. ut Aristoteles dicit in primo libro de anima: ergo deus et creatura habent aliquam conuenientiam: similiter substantia et accidens: potest ergo eis dari conceptus communis et nomen uniuocum.

Nota
bile.

Circa banc tamen secundam conclusionem de equiuocatione nominis transcen-

De transcendentibus et limitatis.

dentis. s. q̄ est analogica et non casualis: est aduertendum: q̄ ex quo omnia eius significata habent analogiam. i. attributionem: et referuntur ad unum principale significatum: q̄ hoc fit propter aliquam similitudinem illius principalis ad quodlibet aliorum: et inde eliceretur aliquid corollarium q̄ omne transcendens potest reduci ad uniuocum. s. ad nomen illius conuenientie: per regulam predictam: q̄ a quacumque conuenientia est abstrahibilis unus conceptus communis: et q̄ illi conceptui est subordinabile aliquod nomen eode uniuocum. Ex hoc etiam probabiliter posset teneri q̄ genus predicamentale vel est analogum ad suas species: vel acceptum est ex aliquo analogo ad eas omnes: patet ex regula Aristotelis in decimo libro sue metaphysice: q̄ in quolibet genere est dabilis una species principalissima omnium: ad quam uelut ad metrum alie omnes habent analogiam: ut in genere animalium homo: in genere scientiarum theologia. in genere colorum albedo. et c. fallor si non ad hunc sensum sit accipiendum illud Aristotelis dictum in. vii. physicorum: q̄ latent equiuationes in generibus. Equiuationes inquam analogice non casuales: nisi forte diceretur q̄ ille ablatiuus generibus non est nomen secunde sed prime impositionis pro generibus rerum naturalium: et tunc esset sensus de equiuatione physica non logica: sed de hoc satis.

Tertia conclusio principalis. Nullum transcendens acceptum transcendenter: est **Tertia** uniuersale aut predicabile proprie dictum: sed solum quod est limitatum: que conclusio **conclusio.** est directe responsiua ad titulum huius questionis negative. que ex prima conclusione sic probatur: nullum equiuocum acceptum equiuoce est uniuersale aut predicabile proprie dictum: sed omne transcendens acceptum transcendenter est equiuocum: ergo nullum tale est uniuersale aut predicabile proprie dictum. Consequentia est bona et formalis in secundo modo prime figure: et minor iam fuit probata in prima conclusione: sed maior constat ex definitione uniuersalis et predicabilis communiter recepta apud bonos logicos. s. q̄ est nomen categorematicum incomplexum uniuocum. et c. nam ex eo dictum est uniuersale: q̄ sit unum versus multa significata: hoc autem idem est q̄ uniuocum: oportet ergo q̄ omne uniuersale sit limitatum et unum tantum habes modum significandi et predicandi unius determinati predicamenti. Sed notanter dictum est in conclusione ista: transcendens acceptum transcendenter. s. propter ueritates determinatas in secunda conclusione precedenti et in suis corollariis. posset enim nomen transcendens accipi uniuoce. i. in una sola suarum significationum: et tunc non esset transcendens: quia non equiuocum: quare sic acceptum esset uere uniuersale et predicabile proprie dictum atq̄ limitatum reponibile in uno determinato predicamento: quod in primo corollario secunde conclusionis probatum est et exemplariter declaratum. Ista etiam conclusio declaratur in his uocabulis: substantia: quantitas: qualitas: ad aliquid: actio: passio. et in alijs multis: que ab Aristotele in quinto libro metaphysice ponunt esse transcendentia. s. propter equiuationem et multitudinem significationum cuiuslibet eorum: et tamen ipse in opusculo suorum predicamentorum eadem uocabula uniuoce accepta. i. quodlibet in una significatione sola: ponit esse genera vel species in determinatis predicamentis: et ita limitata atq̄ uniuersalia et predicabilia proprie dicta. Hoc discrimen plerique non aduertentes: putauerunt

Secunda questio logica

runt predicta vocabula eodem modo fuisse accepta ab Aristotele in utroque illorum librorum: id est in categoriis: et in quinto libro metaphysice. quare dixerunt quod doctrina predicamentorum Aristotelis magis est metaphysica quam logica. Unde in expositione libelli predicamentorum plurimas questiones metaphysicas atque physicas permiscentes regulis logicis: inuoluerunt sententias sermonibus imperitis: et fecerunt quasi unam chimeram ex impossibilibus. Ex hac tertia conclusione etiam sequuntur tria corollaria. Primum sit: quod opinio illius qui dixit quod ens est uniuocum: et tamen non est uniuersale aut predicabile proprie dictum: propterea quod est transcendens: illa inquam opinio non solum est falsa: sed etiam impossibilis: utpote implicans contradictionem. dicit enim duo impossibilia. scilicet quod idem terminus eodem modo acceptus simul sit uniuocus et transcendens. Hec enim duo simul accepta faciunt unam rationem impossibilem: que pro nullo supponit: et causa huius erroris fuit: quia ille doctor improprie accepit hoc nomen transcendens. scilicet pro eo quod omnia entia mundi significat et supponit: et de omnibus est predicabile essentialiter in quid. Hoc autem ultimum non potest conuenire huic nomini ens. nam si est absolutum non predicatur in quid de cognotatiuis. et si est cognotatiuum nomen: non predicatur in quid de absolutis: neque de terminis alio modo cognotantibus. et si utroque modo simul et confuse accipiatur: non potest dici uniuocum sed equiuocum. Illa etiam acceptio transcendentis quam falsa sit: probatum est in prima conclusione. quia hec tria nomina: ad aliquid: idem et differens: non sunt transcendentia sed limitata in predicamento relatiuorum: et tamen quodlibet eorum significat et supponit omnia entia mundi. contra uero hec tria nomina: principium: causa: elementum: et alia plura ponit Aristoteles transcendentia: et tamen nullum eorum significat aut supponit omnia entia mundi. Propria ergo acceptio et definitio transcendentis stat in modo significandi formali: et hoc modo hec tertia conclusio cum suo corollario est uera. Secundum corollarium. Quamuis nomen transcendens non sit limitatum predicamentale: nihilominus est dicibile scientiale: etiam transcendenter acceptum. Primum pars nota est ex predicis. Secundam uero expresse habet Aristoteles in quarto libro metaphysice dicens. Non solum autem eorum que secundum unum: id est uniuoce dicuntur: una est scientia: sed etiam multipliciter dictorum: si tamen ad unum referantur rationes. id est si sint analogae: quorum significata minus principalia reducantur ad unum principale significatum. Hanc ueritatem ipse probat ibidem exemplis: Sanorum inquit omnium una est scientia medicina. constat autem quod hoc nomen sanum equiuoce dicitur de animali: uirga: dieta: exercitio. de cibo: de potu. et. hec tamen omnia dicuntur sana per analogiam ad animal sanum: quod est principale significatum. Similiter entium omnium est una scientia metaphysica: quibus ens multipliciter dicitur. scilicet quia omnia eius significata ad unum referuntur. Quod autem de ente transcendenter accepto sic metaphysica scientia: dicit idem Aristoteles in principio quarti libri: est inquit scientia que speculatur ens in quantum ens: id est confuse et indistincte acceptum. Sed preter auctoritatem Aristotelis probatur idem ratione: quia sicut ad hoc quod aliqua tota-

De transcendentibus et de limitatis.

lis scientia dicatur vna: non oportet quod ipsa tota sit vna sola noticia: sed sufficit quod sint plures noticie: habentes tamen attributionem ad vnum scibile principaliter consideratum. Eodem modo in exercitu plurium commilitonum: ad hoc quod dicatur vnus exercitus: non oportet quod sit vnus solus homo miles: sed sufficit quod sint plures milites habentes ordinem ad vnum primum ac iupremum eorum ducem. ergo etiam ad hoc quod aliquod nomen sit scientificum: non oportet quod sit vniuocum et solam vnam habens rationem significandi: sed sufficit quod sue plures significationes habeant ordinem et attributionem ad vnam principalem inter eas. Tertium corollarium: quod non sola sex ponenda sunt nomina transcendentia: sed tot numero fere quot et limitata: aut non multa pauciora eis. Probat^{Corol}ur prima pars: quia Aristoteles in quinto libro sue metaphysice quadraginta et eo plura exposuit transcendentia: et non ea sola: sed et alia plurima sunt ponenda. Nam metaphysica est scientia de transcendentibus: que quum sit omnium scientiarum amplissima: utpote omnium entium speculativa: non solis sex vocabulis aut solis quadraginta potest arctari: sed magnam requirit transcendentium multitudinem ex quibus formet suas propositiones sine principia: sine conclusiones. et ut magis sese extendat ad omnes res totius mundi: non vniuocis vocabulis utitur: que sunt limitata et angusta: sed equiuocis analogis que sunt latissima et varia. Altera pars corollarium sic probatur. quia transcendens nomen est equiuocum analogum: quod ad plura predicamenta sese extendit: ut in precedentibus conclusionibus est declaratum: sed omnia fere genera et species omnium predicamentorum dari possunt equiuoca analogica: ergo tot numero aut non multo pauciora sunt transcendentia quot et limitata predicamentalia. consequentia est manifesta cum maiori propositione: sed minor probatur: quia omnes docti concedunt quod nomen significans veram rem et eius imaginem depictam est equiuocum analogum: quod et Aristoteles notauit in principio suorum predicamentorum de animali vero et picto: sed omne dicibile predicamentale confuse et indistincte acceptum ex communi usu loquentium: significat veram rem et imaginem eius descriptam exterius vel conceptam interius in mente: quibus non equiuoce sed vniuoce acceptum ponatur in predicamento. totum ergo corollarium euadit verum. Et ita ex conclusionibus et corollariis huius secundi articuli apparet clara responsio negativa ad titulum questionis. Unde rationem pro illa parte concedimus: ad eam vero que iacta est parte affirmatiua: dicimus: quod quando nomen transcendens predicatur essentialiter in quid de termino limitato alicuius predicamenti: tunc non accipitur transcendentem sed vniuoce et in vna sola significatione: quare illo modo non est transcendens sed limitatum: reponibileque in illo predicamento vbi est subiectum de quo sic predicatur: est itaque tunc vniuersale et predicabile proprie dictum: scilicet genus in tali predicamento: vnde neganda est illa maior: quia tunc non est transcendens sed limitatum: et concessa minore cum consequentia conclusio est falsa sicut et maior. ^{Corol}Quantum ad tertium articulum dubitatur primo: in quo predicamento ponitur

Questio secunda logica

Primum dubium. ens quando uniuoce et limitate accipitur et non transcendentem. Pro huius dubii solutione est presupponenda equiuocatio. id est multiplex acceptio huius nominis ens: nam significationibus eius bene explicatis: de unaquaque earum seorsum dicemus respondentes ad dubium. Hoc itaque nomen ens confuse et indistincte acceptum esse equiuocum: expresse docet Aristoteles in quarto libro metaphysice: et adhuc expressius in libro undecimo dicens. ens autem multipliciter dicitur: et non secundum unum tantum modum: siquidem equiuoce et secundum commune nihil: et huius dicti ratio est manifesta ex corollarijs prime conclusioni adiunctis: quia hoc nomen aliquando est prime intentionis vel impositionis: significans res huius mundi: ut quum dicimus: homo vel lapis est ens: aliquando etiam est nomen secundae impositionis significans sermonem: puta terminum aut propositionem: ut quum Aristoteles dicit quod in contradictione incomplexorum alterum extremum est ens: alterum est non ens: que sunt terminus finitus et infinitus: et quod propositio affirmatiua aut vera est ens: quia significat rem esse sicut est: et propositio negatiua aut falsa est non ens: puta: quia significat rem non esse: aut non qualiter ipsa est. Iterum quoniam est nomen prime impositionis potest esse absolutum: et potest esse cognotatum. et c. nam Aristoteles in quinto libro metaphysice ponit unum caput magnum de multis significationibus huius nominis ens: ergo ipsum confuse et indistincte acceptum est nomen equiuocum. et si in una sola suarum significationum accipiatur est uniuocum et in predicamento reponendum. et hoc modo querit dubium in quo predicamento sit ens uniuoce acceptum. Ad hoc respondeo per tres propositiones.

Prima propositio. quod hoc nomen ens quoniam est nomen secundae impositionis sermocionale: reponendum est in predicamento undecimo secundarum impositionum: estque genus subalternum in eo.

Prima pars patet: quia habet modum significandi et predicandi illius undecimi predicamenti. et item: quia in eo reponuntur omnes termini secundae intentionis aut impositionis. Secunda pars etiam probatur. quia genus generalissimum illius predicamenti est signum sermocionale. et sub eo genus subalternum est signum logicum sub quo etiam genera subalterna sunt terminus et propositio. Terminorum uero alius est positius quod et dicitur ens. alius est negatiuus vel infinitus qui et uocatur ens. Pro positionum etiam quaedam est affirmatiua aut vera: que dicitur ens: alia negatiua aut falsa: que dicitur non ens. et c. ergo hoc nomen ens nec est genus generalissimum nec species specialissima in predicamento undecimo. est igitur genus subalternum in eo.

Secunda propositio. Quando ens est nomen absolutum: reponendum est in predicamento substantie. ut genus tum vel generalissimum tum vel subalternum in eo.

Prima pars notissima est: quia substantia est predicamentum absolutum. ens uero absolute acceptum est uniuersale predicabile limitatum ad unum predicamentum. habet autem modum significandi et predicandi illius predicamenti primi. pertinet ergo ad predicamentum substantie. Secunda pars etiam patet: quia predicatur essentialiter in quod de speciebus predicamenti substantie. ut lapis est ens. lignum est ens. et c. ergo est genus in illo predicamento per definitionem generis. Sed quale genus sic ens sic acceptum: variantur logici. Dicunt quidam quod est generalissimum synonymum

subitan

De transcendentibus et de limitatis.

substantiam ens et essentia idem sunt: substantia vero quando est genus generalissimum idem est quod essentia: quam greci *ousiam* vocant. Alij dicunt quod ens absolute acceptum est communius genus quam substantia accepta pro supposito. Dicitur enim substantia substantia a substantio: et tunc nec materia: nec forma: nec quodvlla pars substantie est substantia: quia non est suppositum: et ista est communis acceptio substantie apud logicos quando est genus supremum primi predicamenti: ens autem siue essentia communius est: nam et partes substantie comprehendit et accidentia omnia atque humanitatem Christi que non est suppositum: et tamen hec omnia sunt essentie siue entitates et entia. Alij demum ponunt ens genus subalternum in predicamento substantie: scilicet synonymum spiritui vel substantie simplicis. Dicunt enim quod totum nihil aliud est quam sue partes simul omnes. substantia ergo composita potius est entia quam ens: quia plures res. ens autem absolute acceptum et unum conuertuntur: quia omne ens est unum: ergo ens absolute solas res simplices significat: quarum quelibet est una res: composita vero substantia non est una res: sed plures partes tum essentielles tum integrales. ens ergo est genus minus commune quam substantia: sed has opiniones discutere alias aptius esset negotium: propterea hanc secundam propositionem distinctiue posuimus quasi dubiam et ancipitem ad tres opiniones. Tertia propositio. Hoc nomen ens quando efficitur terminus prime impositionis cognoscatur: quam acceptionem ipse Aristoteles expressit: fere semper est genus generalissimum illius predicamenti ad quod pertinet. Ad huius probationem est sciendum quod preter duas acceptiones entis predictas in duabus propositionibus: Aristoteles in .v. lib. metaphysice in cap. de ente posuit alias plures: et inter alia diuisit ens in ens per se et per accidens. et vtriusque membri fecit subdiuisionem: nam ens per accidens diuisit in tres modos: ens autem per se in decem modos predicamentorum: ubi in exemplis suis insinuat se loqui de modis quibus ens predicatur de diuersis subiectis: ita quod de quibusdam predicatur per accidens et de alijs per se: que duo vocabula significant predicari accidentaliter et essentialiter: ergo diuidendo ens per se in decem predicamenta: denotauit quod ens predicatur essentialiter in quibusdam de dicibilibus decem predicamentorum: hoc autem non est possibile vni uoce accepto ente: sed diuersimode pro diuersitate predicamentorum: ita quod si predicetur essentialiter in quibusdam de terminis predicamenti substantie: accipitur absolute: ut substantia est ens: animal est ens: et cetera. Et si predicetur de terminis alterius predicamenti secundum: ut quantitatis: qualitatis. et cetera. accipitur cognoscitue secundum modum significandi illius predicamenti: alias predicatio non esset essentialis quoad terminum: sed accidentaliter: ergo in his propositionibus: quantitas est ens: linea vel superficies est ens. et cetera. ly ens cognoscit diuisionem rei in partes: sicut et subiecta de quibus essentialiter predicantur. similiter in his propositionibus: qualitas est ens: color vel scientia est ens. et cetera. ly ens cognoscit dispositionem rei ad aliquid agendum vel patiendum: sicut et subiecta illa. et ita de alijs predicamentis est intelligendum. Datet ergo huius propositionis tertie suppositum ex mente Aristotelis: quod hoc nomen ens aliquando est nomen cognoscituum prime impositionis. hoc supposito probatur nostra pro

Tertia
ppō

Questio secunda logica

positio: quia in terminis eque cognotatis: si predicatio est directa et essentialis: predicatum est superius ad subiectum: ergo genus vel species ad ipsum. Ens autem directe et essentialiter predicatur de omnibus terminis predicamenti quantitatis: eadem ratione debet concedi genus supremum ad omnes terminos predicamenti qualitatis: et ita de alijs: ergo propositio est vera. Et confirmatur auctoritate Aristotelis in predicto capite libro quinto metaphysice dicentis: quod ens aliquando significat quantitatem: aliquando qualitatem: et ita de alijs predicamentis: cuius dicti sensus est: quod habet modos significandi illorum predicamentorum: et hac ratione hoc nomen communiter acceptum dicitur transcendens: non autem propterea quod supponat pro omnibus rebus mundi. Hec est ratio quare Aristoteles in quarto libro topicorum dixit quod ens sequitur ad omnia dicibilia omnium predicamentorum: eo scilicet modo quo genus sequitur ad suas species.

Secundum dubium. Dubitatur secundo: utrum apud veros et doctos logicos sit recipienda positio de vno solo transcendente: et de tribus tantum predicamentis. Pro huius tituli declaratione est sciendum: quod Laurentius Vallas quum esset lingue latine peritissimus et valde ingeniosus: putavit se suo ingenio et sine preceptore peritissimus: cum sola grammatica greca et latina: posse omnes alias scientias consequi. et ita elatus animo ausus est libros edere in quavis alia scientia: precipue in logica: que grammaticae finitima est. In sua ergo logica preter quosdam alios errores: et hunc notauimus circa materiam nostre questionis. posuit enim quod non est nisi vnum transcendens. scilicet res: et sub eo tria tantum predicamenta. substantia: qualitas: et actio. Ratio primi dicti hec fuit: quia communiter loquentes sex solent ponere transcendentia: quorum tria sunt absoluta: ens. res: aliquid: et totidem cognotativa: vnum: verum: bonum. Dicit autem tria cognotativa non esse transcendentia: quia quodlibet eorum restringit et contrahit nomen transcendens a sua communitate: bonum enim est res appetibilis: verum res cognoscibilis: vnum res indiuisibilis aut indiuisa. De alijs dicit quod aliquid est etiam cognotativum et contrahens transcendens. est enim aliquid idem quod aliud quid. id est res ab alia diuersa seu diuisa. ens autem dicit non esse vocabulum latinum: quia nec est nomen verbale neque participium verbi substantiuum: ergo apud latinos ens non est ponendum transcendens. restat igitur vnum tantum transcendens. scilicet hoc nomen res. Ratio alterius dicti eius est: quia secundum veriorum philosophiam in toto mundo nulle res apparent propter substantias et accidentia: que omnia sunt qualitates: et inter hec duo genera videtur ponenda actio media. Sed quia hec phantasia non est artificiosa neque vera: communiter non placet doctis: ideo ad hoc dubium respondendo per tres propositiones. Prima sit: quod hoc nomen res inter omnia illa sex minus proprie est transcendens. patet ex supradictis: quia omne transcendens est equocum proprie. loquendo de transcendente. scilicet formaliter. sed inter omnia que ponuntur solent transcendente: hoc nomen res est minus equocum: vix enim posset quis in eo discernere modos significandi et predicandi diuersorum predicamentorum: nam videtur solum absolute significare omnia que significat: quibus formalistarum quidam voluerunt ipsum facere equocum: deducentes illud a reor reris: vel a ratus rata ratum:

Prima propositio

De transcendentibus et limitatis.

et hoc ut possent aliquo modo vocare res suas formalitates: sed hos ipse Laurentius rideret ut barbaros: quia omnes latini putant hoc nomen esse primitivum: vocat tamen Gallensis iste rem nomen transcendens: improprie et solum materialiter: quia omnia que sunt in mundo significat et supponit. sequitur enim vulgariū logicorum definitiones de transcendente et de limitato: quas in primo articulo huius questionis reiecit ut distonas a doctrina Aristotelis et a veritate. Concludamus ergo quod hoc nomen res vel est pure univocū absolutum: vel inter omnia minime equivocū: atque subinde minus proprie transcendens. Secunda propositio. hoc nomen ens apud Aristotelem frequentissimū: est vere ponendum transcendens cum alijs plurimis que ipse in sua metaphysica exposuit: quibus enim ens non invenitur apud Tullium et Vergilium atque alios auctores latinos: tamen invenitur apud grecos: et dicitur oritur: ut videre licet in metaphysica Aristotelis: in cuius libri. 4. principio legitur: ens dicitur de entibus sicut sanum de sanis. et postea ens et unum dicit nomina convertibilia. idem enim est ens homo et unus homo. et in quarto libro. topicorum. dicit quod ens non est genus: quia sequitur ad omnia. et in alijs locis quibus plurimis. nam interpres latinus huius nostre editionis antiquae et alij recentiores eo vocabulo usi sunt. philosophi quoque et theologii latinorum quedam vocabula addiderunt: que a primis auctoribus lingue latine non fuerant imposita: et eorum precipuum fuit hoc nomen ens a grecis acceptum. Apud Hebreos insuper verbum substantivum gerundia et participia habet et duas voces activam et passivam: a quibus theologii in exponendis sacris literis ad latinos huiusmodi vocabula transferunt. unde participium eius est hōve. id est ens. Quod ergo hoc nomen ens sit vere transcendens expresse docet Aristoteles in quinto libro sue metaphysice: ubi eius varias acceptiones ponens manifestat ipsum esse transcendens formaliter: sed etiam quando absolute accipitur est transcendens materialiter et convertibile cum re: quod nomen Gallensis transcendens concedit. Eadem ratio est de alijs plurimis transcendentibus formaliter: que in tertio corollario tertie conclusionis exposita sunt. Tertia propositio. Sine predicamenta distinguantur per diversos modos significandi formales: siue ex diversitate rerum que in mundo sunt: non potest bene defendi tria tantum esse predicamenta. Primum enim modum distinguendi videtur tenuisse Aristoteles in suis categoriis: qui sufficientissima inductione decem principales modos invenit in terminis limitatis prime intentionis scientiarum realium: et propter eos manifestissimum est undecimum modum in terminis secunde intentionis scientiarum serminalium. Secundo vero modo: quem Laurentius iste intendit: procedendo: dico quod non essent ponenda nisi duo predicamenta substantia et accidens. preter enim hec duo nihil potest dari in toto mundo: nec potest actio esse res distincta a substantia et qualitate: quia ut dicitur in tertio libro physicorum: motus: qui idem est actio: non est alia res ab eo quod acquiritur aut perditur per motum. et secundum istum nihil acquiritur per motum nisi substantia vel qualitas: ergo omnis actio est substantia vel qualitas. Et si velit iste fingere actionem esse respectum (ut alij tenent) distinctum a motu: pari ratione debuisset ponere passionem: et ita essent quatuor pre-

Questio secunda logica.

dicamēta: siquidem in omni motu naturali sunt actio et passio: et non datur actio sine passione. Sed puto quod iste Gallensis dixisset actionem esse rem successivam: distinctam a substantia et qualitate: et pari ratione debuisset ponere passionē: et concedere alias res successivas. ut motum: tempus: sonos et voces. et ita plura essent ponēda predicamēta quā tria. Denique quum motus omnis vel sit actio vel non sine actione. Aristoteles autem dicit et verum est: quod ad quatuor predicamenta est motus: scilicet ad substantiam: ut generatio et corruptio. ad quantitatem: ut augmentatio et diminutio. ad qualitatem: ut alteratio. ad ubi ut latio. id est loci mutatio: unde ibi concludit: quatuor sunt rerū genera: quatuor ergo predicamēta: et non tantum tria essent ponenda in rebus mundi: tamen vocabulis decem predicamenta et eo plura.

Tertium
dubium.

Tertio principaliter dubitatur: in quo predicamento sint ponenda nomina abstracta quorundam accidentium: quod videntur esse nomina absoluta. ut lux: color: albedo: caliditas: frigiditas. et cetera. nam aliqui dixerunt ea ponenda esse in predicamento entis. Ad huius dubii examinationem scire oportet quod est diversitas opinionum circa hec nomina. nam aliqui doctores putant ea esse nomina cognotativa: alii contra dicunt illa esse absoluta. fundamentum huius opinionis est: quod secundum Aristotelem et omnes philosophos gentiles: sicut accidens non potest esse sine subiecto cui inheret: ita nec potest concipi: intelligi: aut nominari sine eo. Unde manifeste sequitur quod non possit dari nomen absolute significans rem illam que est accidens: sed omne tale nomen siue sit concretum siue abstractum: est cognotativum. nam sicut nomen concretum ut album. supponit per subiecto et cognostat accidens ei inherens: ita contrario nomen abstractum ut albedo supponit per accidens et cognostat subiectum cui inheret. ideo isti doctores dicunt quod huiusmodi nomina abstracta pertinent ad predicamentum qualitatis: sicut et concreta eorum sunt qualia: ut Aristoteles expresse habet in opusculo suarum categoriarum. Alii vero dicunt quod illud fundamentum est falsum: et quod potest dari conceptus absolutus accidentis non solum transcendens: sed etiam genericus et specificus: et hoc quidem primo probant secundum philosophos catholicos: quia accidens potest esse sine subiecto. ut in mysterio sacramenti eucharistie habemus certissimum: ergo idem accidens potest concipi et nominari sine subiecto: quare et absolute. Secundo idem probant secundum Aristotelem et alios philosophos gentiles: quia ipse in quinto libro sue metaphysice explicans multas entis acceptiones: unam earum ponit absolutam quam vocat in eo quod quid est: et in illa significatione absoluta ens est transcendens materialiter: quia significat et supponit omnes res totius mundi: siue substantias siue accidentia: ergo dari potest conceptus absolutus accidentis saltem transcendens. De conceptu etiam generico et specifico accidentis absoluto: dicunt quod hoc ex alijs verbis Aristotelis habetur satis clare: quoniam enim ipse negasset accidens separabile esse a subiecto: tamen non negasset ipsum posse concipi sine subiecto: et ita nominari absolute. patet hoc expressis quod alibi in secundo libro physicorum capite tertio: ubi ipse inquirens differentiam scientie physice a mathematicis disciplinis: ait quod abstrahentium. id est mathematicorum non est

De transcendentibus et limitatis

est mendaciū: quia potest humanus intellectus res naturaliter coniunctas abstrahere ab invicem. i. unam ab altera extrahere: quod est unam sine altera considerare. Potest ergo dari conceptus supponens pro una illarum duarum rerum: et qui nihil cognoscet de altera sibi naturaliter coniuncta: ut patet de albedine vel dulcedine in lacte. Eodem modo diceretur de quantitate coniuncta qualitati in rebus naturalibus: si ponantur esse res distincte: quia potest quantitas considerari sine qualitate: ut in geometria consideratur. unde subdit ibidem Aristoteles: quod mathematicus de physica linea considerat: sed non in quantum est physica: neque in quantum physici corporis terminus est: et in li. xi. metaphysice ait: quod mathematicus circa ea que ex abstractione sunt: theoreticam facit. circum tollens omnia accidentia sensibilia: puta gravitatem: levitatem: calorem: frigiditatem: et alias sensibiles contrarietates: solum derelinquit quantum et continuum: id est lineam: superficiem: et corpus. horum passiones considerans prout quanta sunt et continua. Aristoteles ergo manifeste sentit quod quantitas continua intelligi et nominari possit sine aliis accidentibus sensibilibus sibi coniunctis in eodem subiecto. potest ergo seorsum et sine subiecto concipi et nominari absolute. eadem ratio est de quocumque alio accidente: et in hoc Aristoteli consentirent omnes boni et docti philosophi. Quamvis ergo accidens non possit a subiecto separari: potest tamen sine subiecto considerari atque absolute nominari. ergo probabile est nomina illa abstracta accidentia significantia esse absoluta et non cognotativa: ut alij dicebant. Ergo secundum hanc opinionem ad hoc tertium dubium respondemus per tres propositiones. Prima sic habet. **Prima** Si predicta nomina abstracta accidentium apud Aristotelem et alios gentilium philosophos erant cognotativa de predicamento qualitatis: etiam nunc apud catholicos debent poni in eodem predicamento. Hec propositio ponitur contra quosdam: qui oppositum dixerunt. scilicet quod apud illos erant nomina cognotativa: sed apud nos sunt absoluta: eo quod illi putabant accidens non posse a subiecto separari: quod tamen catholici dicunt esse possibile: hec propositio probatur: quia nunc illa nomina non sunt a catholicis mutata: sed in eadem impositione ab istis accepta quam apud illos habebant. ubi enim fides non cogit nos innovare nomina eodem modo utimur eis: quo et antiqui utebantur. hoc dico propter illud nomen homo: quod ex articulo fidei de incarnatione filij dei: cogimur dicere esse mutatum: et aliam habere de novo impositionem apud nos: quam apud philosophos non habebat: non sic cogimur dicere de illis nominibus abstractis que accidentia significant: et ratio immutationis eorum quam illi dicebant nulla est: quia ut ostendimus: concedere vel negare separabilitatem accidentium a subiecto: non facit aliquid ad hoc ut nomina sint absoluta vel cognotativa. **Secunda** propositio. Si eadem nomina abstracta concedantur nunc esse absoluta: non pertinent ad predicamentum qualitatis: neque ad aliquod aliud accidentale predicamentum. Probatio est clara: quia omnia predicamenta accidentium sunt cognotativa: ergo in nullo eorum sunt ponenda nomina absoluta. non enim permiscerentur coordinationes predicamentorum: ut dicitur in primo libro posteriorum Aristotelis: neque est concedendum

Questio tertia physica

Tertia duplex generalissimū in p̄dicamento qualitatis: alterum absolutū ⁊ alterum co-
ppō gnoscitū ad hoc vt illa nōia ponātur in illo p̄dicamento vt dicūt qdā. Tertia p̄
positio. Omnes termini absoluti siue substātiās siue accidētia significēt: pertinet
ad vnum ⁊ idē p̄dicamētū: quod est p̄dicamentū substātie: aut p̄dicamētū entis
absolute accepti. Ratio huius est notissima: qz modus significādi absolute cōsistit
in indiuisibili: ergo non possunt dari plura p̄dicamēta absolutoz: sed vnū tantū:
qa p̄dicamētoꝝ formalis distinctio accipitur penes diuersos modos significādi:
sed de generalissimo absolutoz terminoz dictū est secundū duas opiniones in se-
cūda ppōne p̄mi dubij in tertio articulo huius. q. propterea ergo hec nostra p̄o
posita est disiunctiue. s. p̄dicamentū substātie vel p̄ditumētum entis. putāt. n.
pleriqz qz generalissimū illud substātia non possit significare accidentia: ⁊ p̄pterea
ponunt ens absolutum esse genus commune vniocum ad substātiās ⁊ acciden-
tia. Hactenus de ista questione.

Questio tertia physica de potentia actiua rei naturalis.

Utrum potētia actiua agētis naturalis sit maior q̄ putā-
uerūt oēs philosophi gentiliū: in solo lumine naturali intellectus rerū na-
turas inuestigātes. Ad partē negatiuam pro gētilibz philosophis arguit sic. Ari-
stoteles in p̄mo libro de celo ⁊ mundo dicit: qz potētia q̄libet quāta sit: determina-
tur per maximum in quod pōt: sed philosophi gētiliū ex solo lumine rōnis natu-
rali cognouerūt ⁊ expti sunt in quos effectus possit virtus actiua vniuscuiusqz agē-
tis naturalis etiā vsqz ad summos eozū: de omnibz. n. generibus ⁊ speciebus rerū
naturaliū libros ediderūt. i. de elemētis: de mixtis imp̄fectis ⁊ p̄fectis tā inanima-
tis q̄ animatis. puta de metallis: de lapidibz: de mineralibz: de vegetabilibus
⁊ plātis: de aialibus aereis: aquaticis: atqz terrestribz: ⁊ tandē de hōibus: vsqz ad
quē terminū philosophus naturalis attingere pōt: vt Aristoteles dicit in secundo
lib. physicoꝝ. deinde in methaphysica considerauerūt de celis: de stellis: ⁊ de sub-
stantijs separatis. i. de deo. ⁊ de angelis: q̄ videtur qz ipsi attigerunt ad cognoscē-
das virtutes actiuas naturaliū agentiū quāte sint: ⁊ ad quos effectus se possint
extēdere: nō q̄ ē maior potētia actiua agētis naturalis q̄ ipsi putauerūt. Ad p̄tē
affirmatiuā pro christianis theologis arguitur sic: nullus homo ex puris natura-
libus viribus ingenij humani pōt cōprehēdere aliquā vel minimā dei creaturā:
q̄ quancunqz cognoscatur ab eo: adhuc est magis cognoscibilis: ⁊ ita est maior
eius potētia q̄ philosophi putauerint. nō est certa: ⁊ aīs probat: qa multa sunt
p̄dicata potētia passiuā creature significantia: q̄ philosophus purus nō attingit:
vt creabile: annihilabile: trās substātiabile: assumptibile: ergo eadē ratione possunt
dari p̄dicata significātia potētia actiua creature excedētia facultatē humani
ingenij si ex puris naturalibus p̄cedere velit.

De potentia actiua rei naturalis

¶ In hac questione sicut in p̄cedētibus faciemus tres articulos. In p̄mo ponem⁹ notabilia. In secundo cōclusiones responsiuas. In tertio dubia incidentia.

¶ Quantum ad primum articulum supponamus imprimis ex secūdo lib. phys. Aristotelis: q̄ natura est principium essentialē rei naturalis. s. materia vel forma: et mū de inde res naturalis est res cōposita ex illis duab⁹ naturis: vt ignis: aer: aqua: terra: natura lapidis: metallū: planta: animal et alia omnia sub orbe lune. vnde agēs naturale: est res naturalis q̄ sua virtute: i. sibi a deo indita agit p̄ducēs effectus sibi conueniētes secundū suam speciē: qua vn̄cuiq̄ rei naturali ex parte materie cōueniūt q̄dā potentie passiue: et ex parte forme habz potentias actiuas: materia enim a deo cōdita est ad patiendum. i. ad recipiendum formas ab agente productas. forma vero est principium actiuū: idest productiuum formarū secundum genus vel speciē suam. Harum potentiarum naturalium tam actiuarum q̄ passiuarum differentias diligenter inquisiuit Aristoteles in quarto libro meteoroz: et vocabula propria earum reduxit ad secundam speciem subalternam predicamenti qualitatis: que dicitur naturalis potentia vel impotentia. Quamuis ergo hanc questionem potuissemus de vtriusq̄ potentijs creaturarum p̄tractare: idest tam de passiuis q̄ de actiuis: vt insinuauit ratio posita ad partem affirmatiuam questionis: tamen in hoc loco solū intendimus disputare de potentia actiua agentis naturalis: qua ipsum potest aliquid extra se producere per suam formam: uam de ista potētia habeo quedam secreta que proferā in magnā admirationē non solum philosophoz gentiliū: sed etiam quorundā nostroz: qui vident iurasse in verba eoz: nihil fere aliud sentientes de reb⁹ naturalib⁹ q̄ quod illi docuerunt aut scripserūt. ¶ Secūdo supponi volo in hac questione ad liberius procedendam in ea: q̄ potētia actiua de potētē rei naturalis non putetur esse alia res a forma substantiali vel accidentali p̄ quātia. ipsum agens agit: puta quādo ignis calefacit lignum: exsiccat et comburit ipsum imprimens ei formam ignis. potentia calefactiua ignis est calor eius: et potentia exsiccatiua est siccitas eius: atq̄ potentia combustiua est forma substantialis ignis comburentis lignum: idest in ignem illud conuertētis. calor enim a calore producit: et siccitas a siccitate: et forma ignis a forma ignis: et vniuersaliter vnūquod que agens producit sibi simile in genere aut in specie. vt dicitur in secundo libro de anima apud Aristotelem. Et quamuis non me lateat quosdam doctores has rerum naturalium potentias siue actiuas siue passiuas opinari esse distinctas a formis earum: aut realiter aut formaliter: tamen certissime scio q̄ ille modus philolopbandi est confusus et ligatus vade: nec tam liber aut tam clarus sicut iste meus: tamen nihil refert hoc vel illo modo loqui de potentia naturali ad propositum meum in hac questione: sed addo q̄ quum multiplex sit agētis naturalis potentia actiua secundum diuersas species motus. s. potentia generatiua: augmentatiua: alteratiua: et locomotiuā: in hac tamen questione mea solum intendo inquire de potentia generatiua qua agens naturale producit formam substantialem in materia aut accidentalem quecumq̄ sit illa: nam de huiusmodi potentia volo inquire quanta ipsa sit: non quidem in seipsa sed in suo effectu: idest ad quos effect⁹

Questio tertia physica

producendos ipsa se potest extendere: vtrum ad plures & maiores q̄ putauerint ipsi philosophi in solo lumine rationis naturalis. Et nomine effectus etiā intelligo modum faciendi illum effectum. i. vtrum alijs modis possit agere q̄ putauerint philosophi gentiles.

Tertium **C** Tertio est adurendū: q̄ quis in actione agētis naturalis aliq̄ doctores nostri faciāt hoc discriminē dicētes: q̄ p̄pe loquēdo forma nō agit: sed suppositū habens eā: q̄ actiones sunt sunt suppositorū in cōi vsu loquentium. & suppositū est quod agit: forma vero est id quo agens agit: tñ in proposito indifferenter loqui intēdo de forma & de supposito: q̄ nihil referre putabo si dicā q̄ ignis calefacit: aut si dicam q̄ calor ignis calefacit: hic enim est liberior & facilior philosophandi modus: atq̄ sepe apud philosophos vsitatus: qui dicunt q̄ a parte denominatur totum p̄ figuram que dicitur synecdoches. hoc est a forma que agit totum dicitur agere. sicut ab albedine q̄ est in corpore: homo dicitur albus: & a sapiētia que est in anima homo dicitur sapiens: ita etiam a forma ignis cōburente: ignis dicitur cōburēs: & a calore ignis dicitur calefaciens: & ita de alijs. nam rei naturalis materia non agit: sed sola forma: & ab ea tota res naturalis dicitur agens: sicut a materia dicitur patiens: ergo in re naturali principium actionis. i. a qua procedit actio est forma: nimirum ergo si formam dicamus agere: nec est curandum si hoc proprie aut improprie dicatur: quū hec sit rei veritas. Dico ergo q̄ in re naturali p̄ncipale agēs est forma substantialis: accidētales vero forme sunt velut instrumenta forme substantialis: vt diximus de forma specifica ignis & de calore eius: & ita in alijs elemētis. **Ita** Aristoteles in. 2. lib. de ḡnatione has formas accidētales vocat elemētorum differentias. i. quibus differunt in suis actionibus naturalibus instrumentaliter: nam p̄ncipaliter differunt elemēta & alia corpora naturalia p̄ suas formas substantiales & específicas. **Hec** de p̄mo articulo quātū ad declaratiōes vocabulorū: q̄ potentia actiua vocamus formā p̄ qua agit: & p̄ magnitudinē eius intelligimus effectus in quos p̄t: ac etiam modos agēdi q̄bus p̄ducit illos effectus.

Prima **C** Quantū ad secundū articulū p̄ respōsione ad q̄stionē ponitur hec p̄ma conclusio. **Conclusio.** sicut deus super b̄ndictus a p̄ncipio oēs res naturales totaliter ex nihilo p̄ducit in opere creationis: ita etiā dedit eis omnibus potentias actiuas ad producēdū formas ex nihilo in opere propagationis. **Hec** duo nōia opus creationis & opus propagationis distinguit Augustinus sup̄ Joānē: notās illa verba Genesis. 2. cessa me de? die septimo ab omni opere suo. & verba Christi Joānis. 5. pater me? vsq̄ modo operatur & ego operor. volēs. n. ea cōcordare: dicit q̄ Moyses loquebatur de ope creationis: & Christus de opere propagationis. dicit ergo deum quiescisse in die septimo. i. cessasse ab opere suo. quia in die septimo iam nō creauit nouas rerū species in mundo. quas oēs in sex primis diebus creauerat: & totius mundi p̄fectionē cōplenerat. s. ex nihilo producendo substantias omniū partiū mundi p̄ncipalium: & distinguendo eas ab inuicem: atq̄ adornando eas alijs minus principalibus corporibus quibus & dedit virtutes actiuas & passiuas: quatenus per illas & ipse alias res minus p̄ncipales p̄ducerent post illos sex dies. s. in die septimo & deinceps.

De potentia actiua rei naturalis.

de per omnes dies vsq; ad finē mundi: et quia in omni actione creature necessariū est concursus dei: quo ipse coagat illi: ad hoc vt ipsa possit suum effectū producere: ideo dixit Christus q; deus a principio mundi vsq; modo operatur: Differt tamē opus creationis ab opere propagatiōis: exceditq; ipsum in duobus. Primo quia creatio nihil presupponit ad effectū suum producēdū: sed propagatio semper sit aliquo p̄supposito. Secundo quia in creatione deus produxit totam substantiam rei naturalis. i. tam materiam q̄ formā: non solū substantialē: sed etiam formas accidentales. In propagatione autē agens naturale: p̄supposita materia et concursu dei generali: producit formam substantialē que est vna pars essentie et nō tota res naturalis: producit et formas accidentales que sunt dispositiones materie ad recipiēdam et conseruandā formam substantialē in materia. Ex his prima p̄s conclusionis probatur: quia genesis primo dicitur q; in principio mundi creauit deus celum et terrā: quibus duobus nominibus totū vniuersum et omnes eius partes intelliguntur: creare autē est totam rē ex nihilo producere: vt oēs theologi dicunt in secūdo libro sentētiarum: ergo illa pars est vera: que etiam est primus articulus in symbolo fidei. Secūda etiam pars ex eodē p̄mo cap. genesis patet: dicitur enim q; in tertio die dixit deus: producat terra herbam virentē: et omne lignum pomiferū. et. et in quinto die dixit deus producant aque pisces et aues: et in sexto die: producat terra iumenta et bestias. et. Nominibus autē terre et aque intelliguntur omnia agentia naturalia siue sint elemēta siue mixta corpora: ergo deus dedit agentibus naturalibus virtutes actiuas et passiuas ad producendum alias res in generibus et speciebus suis: itaq; deus produxit gēa et spēs rerū naturalium: et primis earum indiuiduis et alijs omnibus consequenter dedit virtutes et potentias ad propagādū atq; ad multiplicādū indiuidua in eisdē generib; et speciebus. Tertia pars est q; agens naturale ex virtute actiua quam a deo accepit: producit formam siue substantialē siue accidentalem ex nihilo: que particula in diffinitione creationis posita: duobus modis exponitur a sanctis doctoribus. primo. i. nullo presupposito: secūdo. i. postq̄ nihil rei erat. Primus modus adhuc est duplex. vnus est. idest nullo agente: alius est. idest nullo subiecto presupposito: tūc dico q; tenendo quod in diffinitione creationis ille ablatiuus ex nihilo omnibus illis tribus modis simul et copulatiue sit intelligendus: clarissimū est q; deus non potest creature cōmunicare potentiam creādi: quia nulla creatura pōt agere nisi deo agente et ei coagente presupposito. Sed quia pleriq; tenēt q; ad rationē creationis sufficit q; res producat ex nihilo duobus tantū modis. i. postquam nihil rei erat et nullo subiecto p̄supposito: ideo dicunt q; deus pōt cōmunicare creature potentiam creādi. i. producendi aliquam totam rem de nouo. i. postq̄ nihil eius erat et nullo subiecto presupposito: sed tantum dei concursu et actione p̄supposita. Ego vero: quia illa opinio posset sustineri: impresentia absolute volo tenere q; nulla creatura pōt creare etiā illo modo: sed cū hoc fiat hec tertia p̄s mee conclusionis: et volo dicere q; quodlib; agēs naturale per virtutē actiuam quā habet a natura sua. i. a principio sue generationis: presupposita coactione dei et pre-

Questio tertia physica

supposito subiecto: id est aliquo in quod agat: potest formam ex nihilo producere: id est postquam nihil illius forme erat: et non solum hoc potest: sed de facto hoc contingit et hoc fit cotidie in mundo secundum nature cursum. Hanc ergo partem probabo tali ratione. antequam agens naturale producat formam in materia: nihil intrinsecum illius forme erat in materia: ergo agens naturale producit eam ex nihilo: consequentia est manifesta: aphis probatur: quia secundum doctos peripateticos in materia naturali non sunt ponende latitudines neque inchoationes formarum. primum horum dicit Aristoteles contra Anaxagoram et Empedocle: ponentes unum chaos in quo latebant omnia antequam fierent ab agentibus ad extra. materia ergo non est chaos in quo lateant omnes forme antequam ab agentibus producantur ad extra. sic enim non fierent ex nihilo: immo non fierent de nouo: ex quo iam percepti uident. Secundum etiam ex eodem Aristotele damnatur a bonis peripateticis: ipse enim posuit materiam ens in potentia pura ad omnes formas: ita quod nullam formam actu habeat ex natura sua: sed omnes in potentia. id est potest eas recipere si ab agente producantur: ergo antequam aliqua forma producat ab agente nihil illius. id est nulla pars eius erat in materia. sic enim non tota forma est producta ab agente sed sola pars forme: quod est falsum: quia cum forma sit homogenea: non est maior ratio quod producat de nouo hec pars quam illa: vel quod persistat in materia hec pars potius quam illa. producitur ergo ab agente tota forma de nouo: et ita ex nihilo. Sed aduerte quod: ut Aristoteles dicit in primo libro physicorum: et in secundo metaphysicorum: ista prepositio ex inactionibus naturalibus et artificialibus solet accipi duobus modis. quum enim dicimus ex hoc fit hoc: ly ex potest significare vel subiectum vel terminum a quo. Primo modo ly ex accipitur pro in: quia formam fieri ex materia: non est aliud quam ipsam ab agente produci in materia: quia in materia recipitur. Secundo autem modo ly ex accipitur pro post: sic enim dicimus quod ex mane fit merides. id est post mane. ex paschate fit post pascha: id est post pascha: ex albo fit nigrum: ex inmusico fit musicus: et ita de alijs. Quum ergo dico quod agens naturale producit formam ex nihilo: ly ex non accipitur primo modo sed secundo. agens enim naturale non producit formam sine subiecto recipiente illam formam: sed producit eam totam ex nihilo. id est post nihil ipsius forme persistens. Ex hac mea declaratione patet ad quem sensum peripatetici sunt intelligendi quando dicunt quod forma naturalis non est totaliter ab extra: ut Plato posuit: id est ab idea: neque totaliter ab intra id est a materia: ut Anaxagoras putauit: sed omnis forma que producitur partim est ab extra et partim ab intra. id est partim ab agente: et partim a materia. hoc inquam dictum eorum compositum et uulgatissimum ita intelligendum censeo: quod forma tota producitur ab agente naturali: sed non se solo et tanquam a causa totali: sed composita et concurrente materia: alia causa partiali: non quidem que formam producat aut aliquid forme: sed que formam recipiat ab agente producente illam. Unde ly partim et partim in hoc dicto communi non est referendum ad partes forme: sed ad causas eius: quia causa totalis forme non est una sola: sed due partiales. scilicet agens producens eam et materia eandem recipiens. Datet ergo tota prima conclusio mea: in qua uolo dicere: quod sicut deus benedictus in principio mundi omnes rerum species in primis individuis earum totaliter ex nihilo produxit: id est abs nullo peni-

De potentia actiua rei naturalis.

tus alio a se presupposito: ita dedit a gentibus naturalibus potentiam ad produ-
cendum indiuidua illarum specierum par:ialiter ex nihilo ad seuisum datum: id est
nō nisi aliquo alio a se p̄supposito: et nō ad p̄ducendā totā rei substantiā: sed solā
formā rei: siue substantialē siue accidētālē: quā ex nihilo p̄ducit. i. post nullum ei⁹
esse in materia aut alibi in mundo.

CSecunda conclusio: quamuis in communi cursu totius nature agens naturale **Secda**
presupponat materiam: cui imprimat suam formam quā producit: possibile tamē **conclusio.**
est aliquando ipsum formam producere aut corrumpere non in materia: et tūc nō
solam formam: sed et materiam ipsam de nouo producere potest: et totam substan-
tiam compositam. Prima pars huius conclusionis iam probata est: quia est recita-
tio precedentis conclusionis iam pbate. Secundam partem de productione aut
corruptione forme sine materia secum concurrente: probō in casu sacramenti eu-
charistie: in qua post consecrationē non remanēt substantie panis et vini. i. neq; ma-
teria neq; forma substantialis alicuius eorum: sed sola eorum accidētia: puta colo-
res: odores: sapes. &c. hoc videtur determinasse vniversalis ecclesia in capit. fir-
miter credimus de sum. tri. et fide ca. et in cap. cum marte. de celebra. missarū: quā-
nis non desint aliqui theologi: qui certo modo exponētes dicta duo capitula: tene-
re presumant: quod etiam post consecrationem in eucharistia sub illis accidētib⁹ re-
maneant substantie panis et vini simul cum vero corpore et sanguine Christi. Sed
quia hec assertio videtur periculosa: et a plerisq; doctoribus censetur heretica: ut
pote contraria determinationi ac ritui vniuersalis ecclesie: in adoratione latrue: quā
a fidelibus exhibetur sacrosancte eucharistie: ideo hac opinione reiecta: secunda
pars mee conclusionis manifeste probatur sic. hostia consecrata ad presentiam ignis
posita calefit ab igne: recipitq; calorem ab eo: et frigiditas quę erat in hostia corrupi-
tur ab igne: sed in illa hostia nulla est materia in qua recipiatur calor de nouo pro-
ductus ab igne: et aqua remoueat frigiditas ab igne destructa: ergo secunda
pars conclusionis est vera. s. quod possibile est agens naturale sine materia produ-
cere aut corrumpere aliquas formas. cōsequētia autē manifeste bona: si p̄missis probē-
tur. maior quidem ad experientiam sensus constat vera: que experientia nō est ne-
ganda nisi ubi fides catholica cogit nos ad credendum oppositum. Videmus au-
tem quod in presentia ignis hostia aut vinū calicis cōgelatum deperdit frigiditate
calefit: et fides non cogit nos ad negandum hanc actionem ab igne: ergo illa frigi-
ditas corrumpitur: et illa caliditas generatur ab igne illo presente: non enim est di-
cendum quod ista alteratio sit miraculosa: ubi apparet causa prop̄a et naturalis quę eā
potest causare: minor autem ex fide supponitur vera: quia in eucharistia nō est ma-
teria panis aut vini: nec calor ille recipit in materia corporis aut sanguinis Chri-
sti: quia illa non est ibi situaliter. i. sicut in loco vel circūscriptiue: ut recipere possit
actionē naturalem agentis in loco existentis situaliter et circūscriptiue. Tertia
pars conclusionis de productione materie et totius substantie rei naturalis ab agē-
ti particulari creato: in eodē casu pbatur esse vera. si enim hostia cōsecrata ita igni
applicetur: ut nō solum calefiat ab eo: sed etiam comburatur et in ignem atq; in ci-

Questio tertia physica

neres conuertatur: clarum est q̄ illi cineres ibi remanētes ex combustione hostie consecrate habent materiam ⁊ sunt vere substantia composita ex materia ⁊ forma substantiali: atq̄ in ea sunt qualitates ⁊ forme accidentales: sed hec omnia quum prius non essent: de nouo sunt producta per illam combustionem ab igne factam: vt ad sensum patet: ergo illud agēs naturale. scilicet ignis illam materiā ⁊ illam formam substantialē: atq̄ illas qualitates in substantia illa produxit sua actione naturali. consequentia est certa: ⁊ premisse eodem modo probarentur sicut in ratione precedēti facta ad probandam secundam partem huius conclusionis. Nec possēt ad hāc rationem q̄s bene respōdere dicens: q̄ vel in illis cinerib⁹ sunt accidentia sine subiecto sicut in eucharistia: vel q̄ de⁹ miraculose creat ibi nouam materiam ⁊ formam cinerum: ⁊ q̄ non producit ab igne sed a solo deo. Utraq̄ responsio refellitur: q̄a est voluntaria ⁊ sine certo fundamēto. ponit enim miracula sine testimonio sacre scripture: vel determinatione sancte matris ecclesie contra regulam sancti Dionisij in lib. de di. no. dicentis q̄ in operibus dei super cursum nature que sunt miracula: nihil est asserēdum de quo non habet testimonium sacre scripture vel ecclesie. de his autē duobus nullum tale poterit adduci testimonium. in nullo enim casu accidentia sunt sine subiecto: nisi vbi fit consecratio eucharistie: de hoc enim solo casu habemus testimonium a deo ⁊ ab ecclesia. in cineribus autem illis nulla facta est consecratio. neq̄ post sex dies primordialis creationis deus dicitur nouā materiā creasse: ergo tenendum est q̄ in cineribus illis est vera substantia ⁊ forma substantialis sub illis accidētibus: ⁊ q̄ illa materia immo ⁊ tota substantia illa est producta de nouo ab igne ex sua virtute suaq̄ potētia actiu naturali: quamuis hoc faciat ignis presupposito miraculo consecrationis: ⁊ non possēt hoc facere sine illo. Adde adhuc alias duas experientias huius veritatis in eadem eucharistia. vna est: quia ad sensum videmus quando hostie cōsecrante dñi reseruat in sua p̄xide. i. capsella vel custodia: quod ex eis generantur quidam parui vermes discurrentes citissime per totum vas illud. Et hac de causa. s. ne hostie ille ex diuturnitate corrumpantur: prelati mandant sacerdotib⁹ minoribus: vt frequenter renouent formas illas consecratas. i. consumāt veteres ⁊ ponant alias nouas ac recentes: nā in veteri lege in quolibet sabbato renouabātur panes mense templi. illi vermiculi ab aliquo agente naturali puta aere vl' alio generantur per suam virtutem actiuā naturalē: ⁊ ita materia ⁊ anima: ⁊ tota substantia eorum est ab eo producta. s. presupposito miraculo consecrationis. Alia experientia. certū est q̄ panis iste fermentatus quē cotidie comedimus: ⁊ vinū quod bibimus potest consecrari: ⁊ de facto in eis consecrant greeci: sed ad experientia constat q̄ ex illo pane ⁊ vino consecratis potest homo nutriri ⁊ augeri: ita bene sicut ex eisdem non consecratis. etiam si cotidie ⁊ continue illo vteretur alimento consecrato: sed nutritio ⁊ augmētatio hūt aliqua substantia corporea addita humano corpori ex cibis accepta: vt docet Aristoteles in p̄mo suo libro de generatione ⁊ corruptione: ergo virtus naturalis anime nutritiua ⁊ augmentatiua producit nouā materiā nouamq̄ substantiam qua hominis corpus vegetatur: nutritur:

De potentia actiua rei naturalis.

atq; augetur. Patet igitur veritas tertie partis et totius secunde conclusionis. Ad cuius etiam persuasionem dico multum probabile mihi esse quod vnumquodque agens naturale habet a deo naturalem inclinationem ad faciendum opus suum integrum et completum: et de facto complet ac perficit illud quando non impeditur ab alio agente contrario: vel ex indispositione materie aut subiecti. Si ergo in actione sua inueniat de esse aliquid ex necessarijs ad complementum sui effectus: naturaliter conatur ex potentia quam a deo accepit ad ponendum et producendum illud quod deest. Quod si presupposito miraculo auferretur ab illo obiecto in quod agit: materia debita aut aliquid aliud requisitum ad suam actionem: habet a deo potentiam et virtutem ad producendum illud ut suam actionem compleat et affectum integrum faciat: ita credo esse in casibus predictis de actione ignis: aut aeris: aut virtutis nutritiue in specie eucharistie. At quia predicta conclusio secunda plerisque visa est nedum falsa: sed et impossibilis: excogitauerunt varios modos saluandi predictas experientias: quorum duos superius recitauimus: sed tertius modus est illorum: qui hac sola ratione moti posuerunt substantias panis et vini remanere in eucharistia simul cum corpore et sanguine Christi post factam consecrationem eorum: nam secundum illam positionem saluantur omnia apparentia circa eucharistiam: nec haberet locum secunda et tertia partes huius mee conclusionis: quia ut illa opinio dicit: fides catholica in articulo de eucharistia solum obligat fideles ad credendum firmiter: quod facta consecratione: sint ibi realiter corpus et sanguis Christi: non autem obligat ad credendum quod ibi non sint substantie panis et vini: neque hoc de necessitate sequitur ad illud: nam potuisset deus si voluisset: simul cum illis substantijs ponere corpus et sanguinem Christi. Quia tamen illa opinio dicitur esse damnata ab ecclesia in duobus illis decretis que superius citata sunt: ideo posui hanc conclusionem: quia reuera negata illa opinione: nullus alius modus videtur mihi tam probabilis sicut iste quem asserit secunda conclusio.

Tertia denique conclusio sit hec: quod agens naturale in nullo casu creare aut annihilare potest materiam aut formam ullam. Supposui in hac questione me velle tenere sententiam illorum theologorum qui dicunt quod potentia creandi non est communicabilis creature quantumcumque excellenti: et hoc maxime verum puto de agentibus naturalibus que agunt per contactum in loco et tempore determinato: quibus enim agens naturale producere possit formam ex nihilo: et redigere ipsam in nihilum: et hoc possit agere communiter in subiecto: et aliquando sine subiecto vel materia presupposita: tamen dico quod in nullo casu potest aliquid creare vel annihilare: etiam quando materiam de nouo producit ex nihilo: eam non creat: hoc ex diffinitione creationis presupposita manifeste sequitur: quia creatura non potest aliquid producere nullo presupposito: ergo non potest illud creare: consequentia est euidentis ex diffinitione creationis: quia creare est facere aliquid ex nihilo. id est nullo presupposito. sed antecedens probatur: quia creatura necessario presupponit deum sibi coagentem quando ipsa agit: et adhuc preter deum et seipsam presupponit aliquid aliud. scilicet in quod agat: nisi non offeratur et occurrat ei aliquid cui applicat actionem suam: nihil potest agere: id est

Tertia conclusio.

Questio tertia physica

producere vel corrumpere: nam agens naturale in communi cursu nature pre-
quirat materiam in quam agat: et cui ut subiecto imprimat formam quam pro-
ducit vel in eo corrumpat formam quam destruit: sed etiam procedente miraculo in casi-
bus predictis necessario presupponit illas species panis et vini: quibus sibi oblati sua
applicet actionem: alias neque frigiditatem destruxisset ignis: neque calorem produxisset:
nullo sibi occurrente cui actionem suam applicare potuisset. Eadem ratio est de
aere et de quocumque alio agente naturali: hoc cuilibet sensato et bene advertenti erit
facile ad credendum: ignis enim non produxit neque destruxit aliquam formam in
seipso: ergo in aliquo alio a se: et si non occurrat ei subiectum forme receptivum:
oportet quod occurrat ei aliqua alia forma preexistens cui applicet vel adiungat for-
mam quam produxit: vel ab ea remoueat formam quam destruit et corrumpit: alias
nullatenus est dabilis modus quo ignis aliquid agat: et eadem est ratio de quo-
libet alio agente naturali: ergo non potest aliquid agere nullo presupposito: et ita
non potest aliquid creare: quare neque annihilare: quia etiam in definitione eius est
ponenda particula: nullo presupposito: et ita remanet bene probata tertia conclu-
sio cum alijs duabus prioribus. Ex quibus manifesta erit responsio affirmatiua ad
titulum questionis: quod potentia seu virtus actiua agentis naturalis est multo
maior quam vnquam putauerint omnes philosophi gentilium: id est ad plures effe-
ctus aut ad plures modos faciendi sese extendens: quia nullus eorum putauit quod
agens naturale possit formam vllam ex nihilo aut producere aut corrumpere eam
et non in materia: vel quod possit materiam de nouo producere et omnes eius formas
sine preuia dispositione materie: ut nunc probauimus ex principijs fidei nostre super na-
turaliter reuelatis ecclesie catholice Christianorum: ergo rationem in principio questionis
factam ad partem affirmatiuam concedimus. Ad eam vero quam per partem negatiua for-
mata est: clara est dissolutio negando minorem: ipsi enim non sunt exper omnes effectus
et omnes modos faciendi quos potest habere agens naturale: sed eos tantummodo qui
sunt secundum communiem cursum nature: et nullo facto miraculo preter solitum cursum nature:
quod quando accidit agens naturale potest in alios effectus et habere alios modos faciendi
etiam in effectus sue speciei: ut declarat nobis lumine diuine reuelationis: et illos modos
vel effectus non potest homo cognoscere ex solo lumine rationis naturalis.

Respō
sio ad q̄
stionē

Primum
dubium.

Quantum ad tertium articulum dubitatur primo circa primam conalusionem: an post primam rerum creationem a deo in sex primis diebus: producte fue-
rint in mundo noue species rerum: vel a deo per creationem: vel per opus propaga-
tionis ab agentibus naturalibus. Ad hoc dubium respondeo affirmatiue: et primo de
propagatione: hoc enim ad experientiam videmus in plantis et in animalibus: nam
in malis citreis: in cucumeribus et peponibus plures species apparent nunc quam
olim fuerint. Item diligentia agricolarum in vitibus: in arboribus alijs per in-
sertionem aliarum in alias facte sunt noue species: ut ex piro et malo tertia spe-
cies pomi: ex persico et citone facta sunt poma apud nos dicta melocotones: et ita
de alijs multis. Similiter in animalibus per commixtionem seminum ex equo
et asino factus est mulus specie differens ab utroque: de quo Genesis. 36. in enume-

De potentia actiua rei naturalis.

ratione filiorum Esau dicitur. iste honan inuenit mulos in deserto: cum pasceret asinas patris sui. sic habet litera hebraica: et ita in auibus et piscibus darentur alie species noue: id est genite post creationem per opus propagationis. Secundo de creatioe: quia propter cotidianam creationem animarum rationalium: sacra scriptura declarat alia quaedam a deo creata de nouo. Ad auctoritatem Augustini supra inductam qui posuit discrimen inter opus creationis et opus propagationis: quia illi attribuit productionem specierum: huic vero productionem individuorum. et dico intelligendam esse de speciebus rerum principalibus que ex alijs non poterant generari: de talibus. n. dicitur quod requieuit deus. id est cessauit a creatione in die septimo: ita quod deinceps in mundo non facte sunt noue species rerum per opus propagationis: nisi ille etiam precesserint create in primis sex diebus. scilicet vel in seipsis vel in suis causis naturalibus ex quibus produci poterant: vel in eadem specie vel in eodem genere. id est sicut a causis uniuocis vel egnocis. Ex speciebus ergo rerum a deo creatis in principio: potuerunt etiam alie species produci generatione naturali per commixtionem seminum vel ex putrefactione. Quamuis etiam de creatione dictum Augustini sit limitandum: de communi lege totius uniuersi secundum cursum nature: secus autem ex privilegio gratie propter aliqua mysteria specialia circa homines facta: quia post sex dies creauit quedam alia: nam in baptismo Christi columba noua creata est verum animal: sed specie differens ab alijs columbis mundi naturaliter genitis: et in transfiguratione et in ascensione eius nubes lucida apparuit de nouo creata. et in pentecoste apparuerunt super apostolos dispartite lingue ignis de nouo creati. Idem censeo de stella illa mire claritatis que Magis illis apparuit: et de nube que ducebat populum dei per desertum: et ita in quibusdam alijs mysterijs.

Secundo dubitare posset aliquis circa secundam conclusionem: utrum agens naturale sicut producit ex nihilo formam in subiecto: aut etiam sine subiecto: ita quando eam corrumpit in subiecto sine preter subiectum: redigat ipsam in nihilum. Ad hoc dubium respondeo etiam affirmatiue. Probatio est clara ex analogia oppositi: quia dicit Aristoteles quod generatio est mutatio de non esse ad esse. et e contra corruptio est de esse ad non esse: accipiendo esse et non esse uniuoce in utraque diffinitione: sed in duabus conclusionibus dictum atque probatum est quod productio forme ab agente est de non esse: id est de nihilo: quia post nullum esse eius: ergo corruptio forme ab eodem agente est in non esse: id est in nihilum vel ad nullum esse eius: et hoc verum est in omni forma tam accidentali quam essentiali: quia sicut generans formam ex materia producit eam ex nihilo: id est post nullum esse eius: ita corrumpens formam in materia redigit eam in nihilum: ita quod nullum eius esse remanet sed in totum desinat esse: et multo verius hoc erit in casibus illis ubi agens naturale producit aut corrumpit formam sine subiecto: sed que tunc agens illud non dicatur creare aut annihilare formam illam: dictum est in tertia conclusione. scilicet quia semper agit aliquo pre-supposito etiam in casibus illis. Sed tenendo opinionem illorum qui dicunt ad rationem creationis sufficere quod actio fiat nullo subiecto pre-supposito: quibus occurrente deo: tunc procedendum esset quod in casibus illis agens naturale crearet et annihilaret formas illas: sed remaneret

Secundum
dubium.

Questio tertia physica.

eis dubium: quare deus dicitur animam rationalem creare in corpore humano: et gratiam in anima: si est agens in subiecto presupposito: et similiter quoniam auferit gratiam ab anima propter peccatum mortale dicitur quod annihilat gratiam. Respondent isti quod deus in actionibus illis quibus agit in subiecto non tamen subiecto presupposito: quod possit deus formam quamlibet siue substantialem siue accidentalem producere et destruere se solo et sine subiecto: ergo agit nullo subiecto presupposito: ergo vere et proprie loquendo deus creat etiam quando producit formam in subiecto. Unde secundum istam viam semper in operibus nature admiscetur creatio: quia deus semper concurrat cum agente naturali in productione forme: et deus creat illam quia non presupponit subiectum: agens autem non creat ipsam: quia semper presupponit subiectum in quod agit. simul ergo forma generatur et creatur. scilicet a diuersis agentibus qui simul concurrunt ad eius productionem.

Tertium dubium Tercio dubitatur circa tertiam conclusionem: de productione materie ab agente naturali supposito miraculo eucharistie: utrum ille effectus possit melius saluari cum nouo miraculo ibi concurrente: quam sine eo per solam virtutem agentis naturalis. Ad huius dubii declarationem antequam respondeam: narrabo varios modos dicendi theologorum. Dicunt enim quidam quod hoc fiat nouo miraculo: alij quod sine miraculo. Primi adhuc diuiduntur in duas vias. quibusdam dicentibus quod miraculum fiat in effectu: ita quod deus se solo illam materiam et totam substantiam ibi creet occulte agens. Alijs vero dicentibus quod miraculum fiat in causa: ita quod deus tunc dat novam quandam virtutem agenti naturali: et ita agens illud potest illam materiam illamque substantiam ibi producere per huiusmodi virtutem sibi additam miraculose. Secundi etiam diuiduntur in duas sectas: nam eorum aliqui dicunt quod illa productio materie atque substantie composite non fit naturalis sed miraculosa a deo: non tamen nouo miraculo: sed in virtute prioris miraculi: quo facta est transubstantiatio panis et vini remanentibus eorum accidentibus: inter que quantitas habet vicem materie: et ei insunt qualitates ille: atque ex ea fiunt cineres et vermes atque carnes nutritionis et augmentationis humane in virtute prioris miraculi. Alij demum dicunt quod illa actio atque productio noue materie nullo modo est miraculosa neque nouo: neque antiquo miraculo: sed est operatio facta ab agente naturali: ex potentia et virtute actiua: quam a deo accepit in prima mundi creatione: imprimis indiuis sue speciei: etiam et a primo generante vniuerso: quando hoc agens genitum est: et quod ad producendas illas substantias in casibus eucharistie predictis non accipit novam virtutem a deo: et hanc sententiam fateor mihi placere. Et ita respondeo ad hoc tertium dubium secundum hanc opinionem: quam in probationibus conclusionum secundum articuli satis bene declaravi ac persuasi. Alie vero tres opiniones theologorum circa hoc dubium simpliciter: et sine probatione posite sunt ad libitum: putat unusquisque voluit et potuit imaginari ad satisfaciendum querentibus de hac re. Unde quoniam non habemus rationes earum quas dissolvere debeamus: reliquum est ut nostris argumentis ostendamus illarum opinionum improbabilitatem in hac questione. Contra primam ergo opinionem superius argutum est in probatione secunde conclusionis: quia asserit

Tertie questionis finis.

miraculum sine fundamento autoritatis sacre scripture. aut alicuius decreti sancte ecclesie catholice: quod sanctus Dionysius ⁊ post eum omnes theologi censent temerarium: ideo ait. Non est audendum: ⁊ cetera. Eodem modo refellitur secunda opinio: que etiam miraculum fingit ex parte agentis: non enim probare potest certo testimonio quod deus novam virtutem activam dederit agenti naturali post eius primam creationem primamque generationem a causa sua naturali. Et insuper eadem dubitatio manet de illa secunda virtute data creature: que erat de prima: quoniam pacto possit materiam creare aut generare: quum ita bene sit virtus creata ⁊ finita ista secunda sicut ⁊ prima sua virtus naturalis. Et quamvis sanctis hominibus deus aliquas gratias supernaturales addiderit ad facienda miracula: que virtute sua naturali operari non poteant: hec miracula ipsi non faciunt: sed solus deus secrete operatur ad manifestandam sanctitatem illorum: vel ad confirmandam fidem catholicam in mentibus aliorum astantium. Hec ratio non habet locum in agentibus naturalibus: que sunt creature irrationales ⁊ insensibiles: in quibus nulla est sanctitas neque fides corroboranda: precipue in casibus predictis circa eucharistiam: quia ex illis effectibus nullius hominis demonstratur sanctitas: neque huius articuli de sacramento eucharistie in aliquo firmatur fides. Contra tertiam opinionem similiter dico: quod ex doctrina Christi ⁊ apostolorum atque sancte ecclesie non est aliud nobis traditum circa mysterium eucharistie: nisi quod sacerdos evangelicus prolati verbis consecrationis super panem ⁊ vinum: vere conficit corpus ⁊ sanguinem Christi: que facta consecratione remanent sub illis accidentibus. De quantitate autem illa nihil nobis dictum est que res sit ⁊ quid operari possit: quin potius ibi ad sensum non experimur nisi illas qualitates sine subiecto vlllo remanentes: ⁊ probabilior est opinio que ibi nullam aliam quantitatem ponit preter qualitates. De his autem que eucharistie consecrate accidere possunt: fides nihil tradit: ⁊ insuper illa quantitas etiam si concedatur: non est forma activa quum sit de gremio materie: neque ex illa videtur posse aliqua substantia generari per modum materie. restat ergo quod ab agente naturali ex sua virtute naturali fiat illa que dicta sunt: neque est neganda experientia: ubi fides non cogit ad oppositum. Hactenus de questione ista.

Questio quarta physica

Questio quarta etiam physica: de potentia motiva rei naturalis.

Utrum corpus naturale ex vna ⁊ eadem sua potētia motiva locali possit inclinari ad motus contrarios secundum locum. quod est querere an corpus graue sicut ex sua natura descendit: an etiam ex sua natura possit ascendere: ⁊ corpus leue sicut suapte natura ascendit: ita etiam naturaliter possit descendere. Ad partem negatiuā videtur esse Auctoritas Aristotelis que etiam ratione ⁊ experientia fulcita est: ait enim in primo libro de celo ⁊ mundo: quod vnicuique corpori simplici est naturalis tantum vnus motus simplex: ⁊ oppositus motus est ei violentus. i. contra naturam eius. ⁊ eandem sententiā sepius repetit in quarto libro ibidē: ergo eadem potentia motiva corporis naturalis est determinata ad vnum motum naturalem sibi: ergo non inclinatur ad motum contrarium: sed potius refugit ipsum naturaliter: vt videmus ad experientiam quod graue corpus sursum proiectum violenter: statim quum cessat violentia detinens ipsum: suapte natura descendit deorsum: ⁊ nunquam sursum ascendit nisi violenter. Ad partem affirmatiuā arguitur sic: corpus graue quod ex sua natura deorsum mouetur: etiam ex natura sua ad replendum vacuum ascendit sursum. s. nullo proiciēte. ⁊ eadem rōne. s. propter repletionem vacui: leue ex sua natura descendit: ergo corpus naturale eadem potentia motiva naturaliter inclinatur ad motus contrarios.

In hac questione sicut in precedentibus erunt tres articuli. In primo erunt notabilia de expositione terminorum. In secundo per conclusiones respondebimus ad questionem. In tertio mouebuntur aliqua dubia accessoria.

Primum de motu

Quantum ad primum articulum sciendum est primo quod in hac questione non intendimus loqui de motibus rerum naturalium: qui aliquando fiunt miraculose a deo: ⁊ preter cursum nature: qualis fuit raptus Enoc vel Helie in celum: ⁊ transportatio quorundam montium ad confirmandam fidem: ⁊ ita de alijs multis: sed solummodo erit nobis sermo de motibus pure naturalibus: qui fieri possunt secundum solitum cursum nature: ⁊ volumus hic disputare solum de motu locali: ⁊ non de alijs speciebus motus: nec de omni motu locali: quia non de motibus celorum: sed solum de motibus grauium ⁊ leuium corporum: siue sint elementa simplicia siue mixta: perfecta aut imperfecta: quia circa huiusmodi motus est nobis aliquid noui afferendum in medium: ⁊ hoc stando semper in principijs scientie naturalis secundum doctrinam potissimorum philosophorum: precipue Aristotelis peripateticorum principis: nihil enim afferemus ex sacra theolorum facultate aut ex alijs scientijs aliorum.

Secundum de potentia motiva.

Secundo est declaranda potentia motiva quenam res sit. ⁊ quidem Aristoteles in 3. libro de anima circa finem ingrens de potentia motiva in animalibus: determinat quod ipsa non est aliud quam appetitus sensitivus. ⁊ eadem ratione in plantis atque in alijs rebus inanimatis potentia motiva erit appetitus naturalis: ⁊ in hominibus appetitus rationalis: qui ⁊ voluntas dicitur. nam in quarto libro de celo ⁊ mundo dicit

De potentia motiua rei naturalis

¶ Corpora naturalia mouentur ad sua loca per appetitum effectiue: et quia loca eorum mouent ipsa non effectiue sed per modum finis: id est quia appetuntur ab ipsis naturalibus corporibus. Sed hanc Aristotelis determinationem doctissimi peripateticorum intelligunt de potentia principaliter mouente interius: nam preter eam quaedam censent esse ponendam aliam quasi instrumentalem: que exterius moueat: et hanc appellant potentiam executiuam motus localis. sed quia hoc istorum dictum alij reputant uoluntarium et sine ratione positum: quia non explicat quenam res sit ista potentia executiua exterius: ego istorum sententiam tenens explicabo eam alijs uerbis clarioribus: et nihil ponens temere et sine ratione certa: dico quod in rebus naturalibus est ponenda potentia motiua. id est effectiua motus duplex: altera quidem principalis: et altera secundaria instrumentalis. Certissimum est apud Aristotelem in physicis: quod in una quaque re naturali est una forma substantialis specifica: quam in primo libro uocat rationem eius quod quid erat esse. id est a qua sumitur definitio quidditatiua rei. et in secundo libro appellat eam naturam. id est principium actiuum motus et quietis naturalis illius rei in qua est illa forma. et preter eam in eadem re naturali constat esse alias formas accidentales: quas et passiones seu passibiles qualitates ipse nominat: et res secundum naturam in eisdem duobus libris suorum physicorum: et in alijs sepius. et qualitates etiam ille sunt forme actiue minus tamen principalis quam forma substantialis predicta: nam in secundo libro de generatione et corruptione dicit qualitates elementorum esse eorum differentias quibus adinuicem agunt et patiuntur. ut in igne non solum est forma substantialis qua ipse est ignis: sed etiam in eo est caliditas: siccitas: raritas: leuitas: et alie quedam forme: quibus quasi instrumentis forma principalis utitur in suis actionibus. Has ergo formas siue substantiales siue accidentales in precedenti questione dixi esse potentias actiuas. id est quia agere possunt et de facto agunt: ita et in ista questione easdem formas uoco potentias motiuas: alteram principalem: et alias instrumentales: non enim oportet potentias actiuas rerum naturalium distinguere a formis earum: quemadmodum et potentia passiuia in eis non distinguitur a materia. Quamuis sine hac distinctione de potentia principali et instrumentali potuisset nostra questio procedere. id est confuse loquendo de potentia motiua et de inclinatione eius ad motus contrarios. nam idem est modus respondendi de utralibet earum. potentia itaque motiua ad locum in quolibet elemento est forma substantialis eius. uel etiam sua grauitas aut leuitas. eodem modo in mixtis corporibus.

¶ Tertio principaliter hic supponamus ex quinto libro physicorum quod in motibus localibus (de quibus nunc loquimur) illi proprie motus sunt contrarij qui procedunt de extra ex contrarijs terminis ad contrarios terminos per lineam rectam. Contrarios terminos seu loca contraria uocamus medium siue centrum mundi et circumferentiam celi. hoc est locum sursum et deorsum: quod motus ad centrum qui est et descensio: et motus ad circumferentiam qui est ascensio: sunt motus contrarij: quod ex definitione contrariorum probatur: quia simul eidem conuenire non possunt: impossibile enim est idem corpus simul tempore per lineam rectam ascendere versus celum et descendere versus centrum aut medium mundi. Et non solum motus ad illa loca sunt contrarij: sed etiam

Questio quarta physica

quietes in eisdem sunt contrarie: et eidem corpori naturaliter convenire non possunt: nam si una earum est ei naturalis: altera erit sibi violenta: et e contra. Et quia motus ad quietem terminatur: inde fit ut quies etiam sit contraria motui: et motus quieti. scilicet motus naturalis quieti violente: et e contra motus violentus quieti naturali. ratio est: quia motus naturalis recedit a quiete violenta: quia est sibi contraria: et contra motus violentus est recessus a quiete naturali sibi contraria. De motibus autem circularibus celorum: an in eis sit aliqua contrarietas ex terminis contrariis: quod sunt dextrum et sinistrum mundi. id est oriens et occidens: ad libros de celo et mundo. Aristotelis remittenda est determinatio: nunc autem de motibus rectis gravium et levium corporum inquirere volumus.

Prima conclusio. Quantum ad secundum articulum sit hec prima conclusio. Corpus naturale grave aut leve ab una et eadem potentia motiva principali. id est a sua forma substantiali: atque a sua gravitate aut levitate potentia motiva instrumentali: non solum movetur ad locum suum si extra ipsum fuerit non violenter detentum: sed etiam ab eadem detinetur et quiescit in loco suo quando ad ipsum pervenerit. Volo dicere quod eadem potentia principalis vel eadem accidentalis est causa motus et quietis in corpore naturali: non sunt ponende due potentie ad locum: altera motiva: et altera quietativa corporis in suo loco naturali: sed illa et potentia que prius fuit causa motus ad locum naturalem: postea est causa quietis in loco naturali. Hec conclusio manifeste probatur primo ex definitione nature posita ab Aristotele in secundo libro suorum physicorum. Natura inquit est principium et causa motus et quietis. et natura autem est vel materia vel forma: materia quidem est potentia passiva. id est receptiva motus et quietis. forma autem est potentia activa. id est causans motum et quietem effectivem: ergo forma substantialis que est natura: non solum habet movere corpus: sed etiam habet quietare et detinere corpus in suo loco naturali. et hec duo etiam habet forma accidentalis: que est gravitas aut levitas. Datur etiam secundo eadem conclusio ad experientiam: quia videmus quod omne corpus grave sive nature fertur deorsum ad centrum vel medium mundi: nisi violenter detineatur sursum: ut lapides edificiorum et turrium excelsarum. similiter videmus quod omne corpus leve ex sua natura movetur sursum ad celum: nisi violenter detineatur deorsum: ut aer vel ignis intra domos nostras aut in visceribus terre. et ratio quare grave natura movetur ad locum deorsum et leve sursum: hec est: quia unaqueque res naturalis nititur se conservare in quantum potest ex sua naturali inclinatione: grave autem conservatur deorsum: et leve sursum: et in locis contrariis corrumpuntur: ergo ab eis naturaliter refugiunt nisi violente detineantur in eis: et in suis locis naturaliter quiescunt et permanent: nisi violenter inde extrahantur. id est grave quiescit deorsum: et leve sursum. nam locus deorsum frigidus est: et grave quod sit densum: frigidum conservatur: quia frigidum est condensare. locus sursum e contra calidus est: et leve quod sit rarum calidum conservatur: quia calidum est rarefacere: subtilare: et elevari. Tertio etiam probatur eadem conclusio: quia omnis motus rectus ad quietem terminatur: et si motus ad aliquem locum fuerit naturalis: quies in eo erit naturalis: et similiter de motu et quiete volentis:

De potentia motiua rei naturalis

tis: ergo potentia motiua nō solū habet mouere: sed etiā q̄tare & retinere corp⁹ naturale in suo loco naturali. Hinc apparet rō quare terra q̄scit in cētro mundi: quia ibi detinetur a sua forma naturali & a sua grauitate: nec indiget ab aliquo alio sustentari: vt vulgares idiote imaginant^r mirātes quomodo vel a quo sustinet^r terra vt non cadat. Hāc e. iā q̄stionē p̄posuit dñs sancto viro Job. cap. 38. quis inq̄t posuit fundamēta terre. & sup̄ quo bases eius solidate sunt. & eadē v̄ba habent^r p̄ verbis. 8. nō interrogatiue sed assertiue: q̄n̄ appēdebat fundamēta terre. &c. Si co etiā q̄ si terra iubēte deo p̄foraret^r p̄ axem suā ab extremo in extremū: & p̄ illō foramen lapis sphericus p̄iceret: quādo veniret ad mediū. i. centrū terre: ibi susteret & quiesceret natura sua & non vltra moueretur. Quis quietis causa esset virtus eius motiua principalis & sua grauitas instrumentalis: que eum ibi detineret. Et eadem ratio est & causa de tota terra vt quiescat in medio mundi a nullo alio corpore sustentata: quia eadem dubitatio esset de illo alio corpore a quo sustentaret^r & sic in infinitū. Habem⁹ ergo ex hac p̄ma cōclusionē q̄ eadē numero potētia motiua suapte natura inclinā ad opposita: nam motus & q̄s opposita sunt. s. sicut habitus & priuatio.

Secunda conclusio. Similiter ab eadē & vna numero potētia motiua tā p̄nci⁹ Scda
cipali q̄ instrumentali p̄cedūt duo motus cōtrarij quorū altero mobile fertur ad cōclusio.
suū locū naturalē: & altero ad locū cōtrariū ad replendū vacuū: puta corp⁹ graue
ex sua natura suaq̄ grauitate fert^r deorsum: sed ad replendū vacuū supra se ex na-
turali sua forma suaq̄ grauitate mouetur sursum. eodē modo leue corp⁹ quod ex
sua natura mouet^r sursum: si vacuū sit sub eo: eadē sua natura suaq̄ leuitate fertur ci-
tissime deorsum qui sunt motus cōtrarij. Ad probationē huius conclusionis quā
pleriq̄ negant: narrāde sunt diuerse doctoꝝ sentētie circa motum grauis sursum:
& leuis deorsum ad replendum locum vacuum: idest ne remaneat vacuum. Sed
ante omnia supponamus sauam & veram intelligentiam illius dicti Aristotelis
in octauo libro suoz p̄hysicorum: q̄ graua & leua inanimata non mouent seipsa
in suis motibus naturalibus ad sua loca: sicut animalia mouēt seipsa. &c. per hoc
enim non intendit dicere q̄ illi motus non fiant a suis formis naturalib⁹ tam p̄n-
cipalibus q̄ instrumentalib⁹: quod & ipse ibidē palam docet. hoc supposito di-
cunt quidam q̄ motus illi facti ad replendum vacuum non fiunt a natura propria
illius corporis grauis aut leuis: sed fiunt a natura comuni totius vniuersi: cui⁹
est prouidere & intendere conseruationi totius mundi: qui periret si daretur va-
cuum in eo: que autem sit ista natura aut virtus communis vniuersi: vix possunt
declarare: sed hallucinantes dicunt quod vel est prouidentia diuina que re-
git totum vniuersum: vel est constellatio quedam omnium celoz & stellarum: que
mouet omnia hec inferiora: vel est alia quedam virtus corporea diffusa per to-
tum vniuersum: que in casu illo mouet corpora particularia ad illa loca ne re-
maneant vacua. Sed hec opinio ex sua incertitudine sese ostendit infirma & de-
spiciendā a veris & doctis philosophis: qui nihil asserere solent sine certa aut
multum probabili ratione: qualē nō habent isti tam dubie loquentes de hac cō-

Questio quarta etiam physica

inuni virtute: nam de prouidentia dei nullus dubitat quin concurrat ad omnes motus et actiones omnium rerum naturalium sicut causa prima et vniuersalissima. In hoc autem dubio inquirimus causam secundam et naturalem sub deo. non enim est dicendum quod ille motus grauis sursum aut leuis deorsum ad replendum vacuum fiat miraculose a solo deo: quin fiat communiter et regulariter secundum solitum cursum nature. Eadem ratio est de constellatione que ponitur facta ab omnibus celis et astris simul concurrentibus: quia illa est causa prima corporea et vniuersalis que indifferenter concurrat ad omnes motus naturales: sed preter eam est danda causa propria et particularis in omni motu naturali: ergo in hoc motu repletionis vacui preter constellationem vniuersalem: que semper et continue presto est omnibus et nunquam cessat: querenda est alia causa que concurrat cum causa vniuersali. Nec etiam dari posset aliqua particularis constellatio puta Saturni aut Jouis aut alterius planete aut stelle fixe: quia ille particulares constellationes variantur et non continue fiunt: iste autem motus ad replendum vacuum: cotidie fit in mundo. Ego etiam tenens quod motus fit a propria virtute naturali corporis: non nego quin etiam fiat a prouidentia dei et a constellatione celesti causis vniuersalibus: quia causa particularis necessario subordinatur causis vniuersalibus: ergo per solas illas causas vniuersales non sufficienter respondetur ad hoc dubium: hoc enim nihil aliud est dicere quam quod iste motus fit a deo vel a celo: sed hoc non sufficit vero et docto philosopho: quia eadem causa vniuersalis assignatur in quolibet alio motu: non solum naturali sed etiam et violento. Querenda est ergo causa particularis et propria huius motus sicut et cuiuslibet alterius motus in natura solet assignari causa propria et particularis sub causis vniuersalibus predictis. quando enim ignis calefacit aquam: certum est quod illa calefactio fit a deo et a celo: sed etiam fit ab ista causa particulari. Non ergo est dicendum in repletionem vacui quod ille motus fiat a solo celo: quia celum nunquam producit determinatum effectum se solo: et sine causa particulari et propria. Nec est dicendum quod ille motus est violentus et non naturalis: quia nullum apparet mouens extrinsecum a quo fiat: quod est de ratione motus violenti ut dicitur in octavo physicorum. Et si protentens quis diceret quod motor extrinsecus est celum: hoc non valet: quia nullus motus causatus a celo in his inferioribus est violentus sed vere naturalis. Demum vero illa virtus que ponitur diffusa per totum mundum: mera fictio est: nisi intelligatur de ipsa dei essentia que totum mundum replet: ut sacra docet scriptura in plerisque locis: sed iam diximus quod preter deum et celum alia est assignanda causa particularis et propria huius motus effectina in repletionem loci: et profecto nulla alia causa particularis videtur aptior ut assignetur: quam propria virtus motus ipsius met corporis: que sicut est causa effectina motus naturalis ad suum proprium locum: etiam est et opposite quietis in eo: ut docuit conclusio precedens: ita nimirum potest ex sua propria inclinatione naturali causare istum motum ad replendum locum: quamuis sit contrarius alteri motui naturali eiusdem rei: ut hec secunda habet conclusio: nam duo motus

De potentia motiva rei rei naturalis

contrarij cum sint res positive: minus distat q̄ quies ⁊ motus que sunt privatio ⁊ habitus. Et confirmatur hec ratio ex eo quod Aristoteles dicit: quod oportet philosophum dignificare naturam semper. dignificamus vero eam: attribuendo ei omnes operationes que fiunt in renaturali: ubi non apparet extrinsecum mouens: ⁊ nisi fides catholica cogat nos ad dicendum oppositum: quia nec fiunt a solo deo per miraculum: nec a solo celo sine causa particulari: ⁊ sunt possibles fieri a forma rei naturalis tam substantiali quam accidentali: ⁊ fiunt nullo extrinseco mouente corpus illud: ergo tenendum est quod causantur ⁊ fiunt a propria forma ⁊ natura illius corporis. Ad rationem illorum qui ponebant hos motus fieri a natura vniversalis: ex eo quod illa natura abhorret vacuum: ⁊ quo dissolueretur tota machina mundi. ⁊ cetera. hec imaginatio est friuola: quia dato q̄ esset aliquod paruū vacuum in hoc mūdo inferiori: non propter hoc celū rueret. Et Aristoteles reprobandus Democritū ponentem corpora componi ex pleno ⁊ vacuo. i. ex atbo. nis ⁊ poris vacuis: non ducit contra eū hoc inconueniens q̄ mūdos dissolueretur propter vacuū: sed hoc solū quod per vacuū nulla potest esse actio: nec sensatio: quia species sensibiles per vacuū non multiplicarent. q̄ illa propo natura abhorret vacuū: est intelligenda de natura particulari vniuscuiusq̄ rei naturalis que nititur se conseruare inesse suo in quantum potest. vacuū autē impedit rei conseruationem: quia per vacuū non potest ad ipsam peruenire virtus celestis: sine qua nulla res naturalis potest conseruari in hoc mundo inferiori: Item per vacuum nulla potest esse actio aut passio vni⁹ rei naturalis ad alteram: sine qua non possent rerū spēs conseruari: q̄ natura hec inferior abhorret vacuū: tū ob cōseruationē speciei: tū etiam ⁊ ppter cōseruationē indiuidui: quarū neutra posset esse naturaliter per vacuum: vt ostendimus.

Tertia conclusio. Non solū motus naturales contrarios quos diximus eadē numero potētia motiva rei naturalis elicit: sed ⁊ motus violentos pectorū post recessum a p̄iciente: ipsamet naturalis virtus motiva corporis proiecti prosequit ⁊ continuat sicut propria causa effectiua eorū. Hanc questionem de motibus violentis proiectorū mouet Aristoteles in octauo libro suorū physicorum prope finem: querens a quo moueat proiectum post recessum eius a p̄iciente: ⁊ recitatis atq̄ reprobatis ibi aliquorū responsionibus: tandem determinatio eius est satis ambigua ⁊ incerta: ⁊ non ab omnibus eius expositoribus eodē modo intellecta. Et q̄a nullus modus dicendi eorū quos vidi mihi apparet verus: eis reiectis ac reprobatis: apparebit alius modus pbabilior ⁊ verisimilior. s. ille quem hec nostra tertia conclusio pponit. nam hui⁹ rei occasione hanc q̄stionem hic disputandam censui. s. vt nouum quendam modū respondendi ad hoc dubiū de motibus pectorū ego de clararem atq̄ sustinerem. Tres vias inuenio philosophorum circa hanc materiam. Dixerunt enim quidam eorum: quod manus hominis p̄icientis lapidē simul cum lapide mouet aerem qui lapidē immediate circundat: tegit: ⁊ locat: ⁊ quod ille aer motus pellit ⁊ mouet ante se alium aerem: quem lapis intrat: ⁊ ille defert secum lapidē inclusum: ⁊ iterum illa pars aeris mota a priore

Tertia
conclusio

Alia
opinio

Questio quarta etiam physica

quēter; mouet aliā in quā lapis intrat ⁊ illa etiam secū mouet lapidē: ⁊ sic consequenter vsq; ad certam distantiam: quia paulatim debilitatur ⁊ remittitur velocitas illius motus donec in totum deficiat ⁊ cesset motus: estq; ista imaginatio p̄similis ludo aliquorū: q̄ in vna serie positi pilā lusoriā ad seip̄os p̄iciūt de manu in manū: donec ad aliquē eorū veniat: cui⁹ negligentia aut incuria pila iā cadit in terrā: q̄ p̄us mouebatur p̄ aera. Verū hec opinio nō placet doctis propter tria: tū quia virtus aeris est debilis ⁊ valde tenuis: non ergo potest mouere lapidem densum ac durum: cui⁹ resistentia ⁊ pondus multū excedit actiuitatē aeris: tum quia sepius homo proicit lapidem ad quinquaginta passus ⁊ eo longius: ⁊ tamē non potest mouere aerem ad tantam distantiam: cuius signum est: quia homo ex tanta distantia non potest candelam accensam extinguere buca sufflans: aut manu vel flabello aerem mouens versus eam: tum deniq; quia eadem questio moueretur de aere q̄ ⁊ de lapide: s. a quo mouetur post acontactū mouētis ⁊ separatus ab eo

Secūda opinio. Ex hac quoq; ratione lapis veloci⁹ ⁊ vehementi⁹ deberet moueri in principio sui iactus prope proicientem quam in medio aut in fine quod falsum est: quia veloci⁹ ⁊ vehementi⁹ lapis percutit obiectum in medio spacij quam prope iacentem. ⁊c. Alij autem dixerunt quod causa motus lapidis per aerem est antiparistasis: id est contrapositio aeris post lapidem hoc modo: quū enim lapis proiectus citissime exeat a loco suo: aer ibi proximus citissime intrat locum ei⁹ ne remaneat vacuas: ⁊ sic intrans concutit lapidē mouetq; ipsum a secundo loco: a quo iterū exeunte lapide: alius per intrat locum illū paulo min⁹ velociter: ⁊ cōcutit ipsum: ⁊ ita in tertio ⁊ in quarto loco: ⁊ in quolibet aliorū sequentium: donec paulatim vis illa aeris deficiat. Sed hec opinio etiam videtur dimittenda propter easdem fere rationes cum precedenti: tum quia aer humidus ⁊ mollis non potest impellere lapideū: quin potius cedere debet duritiei eius multo magis q̄ aqua: vt ad experientiam videmus in vtroq; elemento: quia lapis diuidit aerem ⁊ aquā motu suo: tū quia vt Aristoteles arguit ad hanc opinionem sequitur qd ad motum lapidis totus mūdus moueatur vsq; ad celū. s. successive replendo loca: a quibus aer erit: quū enim duo corpora non possint esse simul in eodē loco p̄po: ergo vno corpore intrante locum necessario aliud exire t ab eo: ⁊ sic consequenter vsq; ad celū: tum deniq; quia sepius aer ipse non mouetur sequens lapidem: sed poti⁹ mouet contra ipsum motū corporis p̄iecti: scilicet flante vento contra ipsum proiciētē. Hui⁹ simile apparet in nauicula fluminis: que sepiissime mouetur contra fluxū aque: ⁊ tūc aer insequens motum aque: mouetur contra nauiculā: vt manifeste apparet in capillis hominis ⁊ in paleis feni existentis in nauicula. Adhuc neutra predictarū opinionum haberet quid dicere posset in motu circulari vnus corporis non exeuntis a loco suo: vt in mola molendini: ⁊ in rota figuli: ⁊ troco ludi puerorum. ⁊c. quia in eis aer nihil videtur facere ad motum illum secūdū modos istarū: immo poti⁹ talia corpora suo motu trahūt aerē q̄ trahantur ab eo. Est iusu

Tertia opinio. per tertius mod⁹ dicendi: quē Buridan⁹ attribuit Aristoteli: ipsumq; insequunt

De potentia motiva rei rei naturalis

communiter oēs Parisienses tam reales quā nominales. ait enim quod manus hominis proicientis lapidem (et idem fatetur de quolibet alio proiciente) motu suo causat in lapide imprimere ei quandam qualitatem motivam: quam ipse vocat impetum: estque specie differens a gravitate et levitate qualitatum motivis elementorum: nam potest movere ad omnem differentiam positionis. ab illo ergo impetu dicit moveri lapidem sursum: postquam recessit a proiciente. et eadem ratio est de quo cunctis alio proiecto aut proiciente. Sed reuera hec opinio est multum voluntaria: et sine ratione ponit novam qualitatem motivam apud philosophos non auditam: et arguo contra eam primo: quia per solum motum localem non producitur forma siue substantialis siue accidentalis: sed ad eam producendam necessariū est motus formalis secundum exigentiam forme producte: puta: generatio: augmentatio: vel alteratio: sed manus hominis vel quodcumque aliud proiciens solum movet lapidem motu locali et nullo motu formali: ergo per iactum lapidis non causat in eo aliquam qualitatem motivam: consequentia est notissima cum minori propositione: sed maior probatur ex doctrina Aristotelis in v. libro physicorum: quia unus motus numero non potest ad duos vel plures terminos tendere. id est simul ad locum et ad formam: et proiciens lapidem non causat in eo generationem: augmentationem: aut alterationem ullam: sed solum motum localem: ergo lapis per illum motum solum acquirit locum et non formam ullam: quare impetus ille mere voluntarie fingitur et sine ratione dicitur esse qualitas motiva. Confirmatur hoc argumentum: quia ipse Buridanus et omnes nominales post eum: hac ratione putant se exclusisse omnes fere relationes reales: quas alij ponebant distinctas ab absolutis: quia nulla earum potest incipere aut desinere esse nisi per aliquem motum quo acquiritur vel per datur locum vel forma aliqua absoluta: ergo non simul per illum acquiritur ratio terminum distinctum a re absoluta: per illam regulam physicam ex quinto physicorum citatam: et propterea ibidem Aristoteles dicit quod in ad aliquid: id est in relativis non est motus. eadem ratio ergo militat ad excludendum istum impetum quem omnes isti finerunt. Secundo per huiusmodi formam non posset reddi ratio quare proiectum velocius moveatur et vehementius feriat in medio motus quam in principio prope suam causam: nisi dixerint quod est forma intensibilis: et in principio non est tam intensa sicut in medio tempore. sed hec etiam est irrationabile: quia intensio forme fit ab eodem agente: a quo principio generata est: et hoc non separato passo ab agente sed ei coniuncto: ut patet in calefactione aque: quia calor non intenditur separata aqua ab igne sed potius remittitur: cum sit contrarium nature ipsius aque: sicut iste impetus est contrarium nature lapidis: ergo lapide separato a proiciente: statim deberet remitti non intendi. Tertio: quia quando lapis iam non ascendit ulterius: impetus ille iam est in totum corruptus: et isti non possunt dare rationabilem causam sue corruptionis: id est a quo agente corumpatur: quum non habeat aliam qualitatem ei contrariam que agat contra impetum. Quare ista positio in omnibus dictis suis apparet irrationabilis: quia non habet rationem probabilem generationis huius forme: neque augmenti aut diminutionis eius: neque sue corruptionis. Neque possunt fugere ad simile de magnete lapide qui attrahit ferrum

Repro-
batio.

Secunda

Tertia

Questio quarta physica

ad se per virtutem impressam aeri et ferro: ut videtur: per solum motum localem. Ad hoc ipse Aristoteles respondens dicit quod non est simile: quia ista impressio magnetis in ferrum non fit nisi magnete presente: et impeditur per obstaculum in medio positum: eodem penitus modo sicut lumen diffunditur a sole aut ab alio luminari non nisi eo presente: et per opacum in medio positum impeditur illuminatio. hec duo non accidunt in proiectione lapidis sursum: quia fit motus ille etiam si projiciens separetur et fiat absens: neque impeditur per aliquid in medio positum. Et insuper magnes sine motu locali sui attrahit ferrum ad se per solam alterationem aeris et ferri: id est causando in eo aliquam qualitatem irrealis. isti autem dicunt oppositum. scilicet quod per solum motum localem causetur illa qualitas in lapide proiecto: quod probatum est falsum in prima ratione. Demum vero iste tres opiniones predictae solum intente fuerunt circa motum lapidis aut alterius corporis grauis sursum proiecti: et ad saluandum illum motum: excogitauerunt illas nibili causas. De proiectione vero ignis aut aeris aut alterius leuis deorsum: non curauerunt: ac si non esset a philosophis querenda ratio et causa de fulgure aut fulmine: de typhone: enepbia: et de alijs huiusmodi impressionibus metheorologicis: quibus ignis: aer: aut vapor leuis a nubibus descendit versus terram per extrusionem: et pereunt arbores: domos: turres: et alia magna edificia: nam certum est illos motus esse violentos illis corporibus leuib: et tamen eis nulla dictarum opinionum potest adaptare causas suas. Querenda est ergo alia causa motus violenti corporum proiectorum: quae sit vna et communis tam leuib: proiectis deorsum: quam grauib: sursum proiectis. et hanc assignat mea conclusio tertia dicens etiam motus illos violentos fieri a propria forma corporis proiecti post recessum et separationem eius a projiciente. Quam conclusionem probo sic. In agentibus subordinatis naturale est. id est inclinatio naturalis est inferiori insequi motum superioris: sed corpus proiectum est subordinatum projicienti: ergo ex sua naturali inclinatione insequitur et continuat illum motum quem inchoauit projiciens: quare mea conclusio est vera: quod proiectum post recessum a projiciente mouetur a natura sua. id est a sua forma substantiali: et a sua propria grauitate aut leuitate. consequentia est bona. sed et minor propositio est clara: quia omnis actio et passio fit a portione maioris inequalitatis: id est a maiori virtute agentis quam patientis: virtus autem projicientis est maior et superior virtute proiecti: quare hec illi subordinata est in hac motione. Maior autem propositio est regula physica estque principium supponendum: quod et inductione probatur: nam in corporibus celestibus sphaere inferiores naturaliter et non violente mouentur non solum motu proprio ab occidente: sed etiam motu superioris sphaere ab oriente in occidentem: non enim est concedenda vlla violentia. id est motus violentus in celestibus ac diuinis illis corporibus: elementa etiam superiora ignis et aer naturaliter mouentur circulari motu a corporibus celestibus: ut probat Aristoteles in primo libro suorum metheororum: elementum aque. id est mare: habet naturalem fluxum et refluxum. id est crescit et decrescit insequens lune ascensum et descensum in suo emisphaerio: ut Ptolemeus habet in primo libro sui quadripartiti: et hoc cotidie ex

Pro
batio
conclu-
sionis

Regu-
la phy-
sica.

De potentia actiua rei naturalis

periuntur homines maritimarū regionum incole: qui per etatem lune cognoscūt plenitudinis ⁊ vacuitatis maris horas: ⁊ ita de alijs multis corporib⁹ que alijs subordinantur: nā medici dicunt motus humorū in corpore humano ⁊ crises eorum fieri per motū lune secundū varios aspectus eius ad principiū egritudinis.

Ex hac etiam regula nature: idem Aristoteles in sua logica excogitauit coordina-
tiones generū ⁊ specierū in predicamentis dicens. Quando alterum de altero p-
dicatur vt de subiecto. ⁊c: coordinatio autē p-
dicamentalis fit penes p-
dicatiōes es-
senciales in qbus spēs subordinantur generibus: vnde regula illa antep-
dicamentalis ita ē intelligēda: quicquid est essenziale generi superiori: etiā est essenziale speciei inferiori. et ois passio naturalis g-
n-
i: est etiā passio naturalis speciei: q̄ maior illa erac vera: q̄ oē corp⁹ naturale subordinatū alteri sua pte natura insequit motū il-
lius superioris cui subordinat⁹: ⁊ hoc verū est tām in accidentaliter subordinatis: q̄
in essentialiter subordinatis. nihil. n. refert hoc vel illo modo subordinari mobile mouenti: q̄a vtrobiq; virtus mouētis excedit virtutem rei mote. deuicta autē vir-
tus natural. ter succūbit ⁊ insequit motū vincētis: quod etiam in hōibus fieri videmus in actionib⁹ moralib⁹: quia victus sequitur imperium vincētis: sua vo-
lūtate sese mouēs ad actus: ad quos ille mouet ipsum per imperiū sue volūtatis: ⁊ sicut se habet volūtate in hōibus: ita etiam se habet appetitus naturalis i alijs reb⁹ siue animatis siue inanimatis. quia semper appetitus est primū mouens in omnib⁹ q̄ mouentur. Concludamus ergo: q̄ sicut orbis lune suamet natura mouet ab oriente in occidentē: ⁊ nō ab alio tractus: sed spōte se agēs insequēdo motum primi mobilis: ⁊ eodē modo ignis natural. i. ex natura sua mouetur circulariter ad motū celi cui subordinatur: ita ergo graue in altū: ⁊ leue deorsum proiectum a sua naturali forma substantiali ⁊ a sua gravitate aut leuitate sibi a natura insita: mouetur post recessum a p-
nciente: non autē ab aliquo extrinseco motore: puta ab aere vel impetu exterius imp-
sso a p-
nciente. Et cōfirmatur hec ratio ex concessis a tertia opinione: que est communior apud omnes ḡ Saricenses: nam ille impetus ab extra causatus est forma quedam lapidi inherens estq; verum accidens eius secundū eos: ⁊ omnis forma accidentalis est instrumentū forme substantialis quo ipsa agit in passum: ita q̄ actio illa principaliter est attribuēda forme substantiali que est natura rei: sicut in artificialibus actio instrumenti principaliter attribuitur artifici: ergo motus ille que dicitur causari ab impetu principaliter fit a forma substantiali lapidis q̄ ab impetu: ergo fit a natura lapidis: ergo ex concessis ab ista opinione sequitur manifeste q̄ mea conclusio est vera. s. q̄ motus corporis proiecti fit a propria natura illius corporis. Nec valet si euadēs dicerēs q̄ nō ois forma accidentalis est instrumentū forme substantialis in re naturali: sed sola ea q̄ procedit a p-
ncis intrinsicis eius: illa enim conseruat rem in suo esse: quia conseruat formā substantialem in materia: vt calor ignis: humiditas aeris. ⁊ cetera. sed accidens causatum in subiecto ab agente extrinseco: potius est contra naturam ⁊ destructiū forme substantialis. vt calor causatus ab igne in aqua: aut in ferro. ⁊c. nam aqua ⁊ ferrū separata ab igne conatur destruere illū calozē: ⁊ paulatim sese reducit ad pri-

Questio quarta etiam physica

stiam frigiditatem sibi naturalem: dices ergo quod huiusmodi accidens est ille impetus causatus a proiciente in corpore proiecto: est enim accidens contra naturam et natum destruere corpus cui inberet: quia mouet ipsum ad locum sue nature contrarium et corruptiuum eius. Sed hec potius est euasio quam solutio: et vera est illa regula vniuersalis: quod omnis forma accidentalis subiecto inherens est instrumentum forme substantialis quo ipsa agit: et principali agenti attribuitur actio in naturalibus eque ut in artificialibus: et hec regula est vera etiam in formis ab extrinseco agente causatis: nam aqua per calorem ab igne causatum in ea: calefacit et decoquit carnes in ea positas: similiter ferrum ab igne candens comburit ligna et alia combustibilia ei applicata. Has enim actiones non facit solus ille calor qui est in aqua et in ferro: quia actiones sunt suppositorum: et si forme concedantur agere: tamen actio principaliter procedit a forma substantiali: secundario a forma accidentali: quae subordinatur forme substantiali. Ergo si ponatur impetus causatus in proiecto corpore: ille se solo non causabit illum motum violentum: sed principaliter hoc ager forma substantialis utens illo instrumento. Habeo ergo ex concessis a tertia opinione quod motus violentus proiecti corporis procedit effectiue a propria forma substantiali eius: et a sua qualitate motiua quae in eo est. Ex predictis ergo tribus conclusionibus apparet: responsio affirmatiua ad titulum questionis. scilicet quod potentia motiua naturalis cuiuslibet corporis sub orbe lune: habet inclinationem ad causandos effectiue motus contrarios siue naturales siue violentos. vnde concedimus rationem pro ista parte. Ad rationem pro parte negatiua dicimus concessa auctoritate Aristotelis: quod non valet consequentia: solum enim vult habere quod motus grauis sursum proiecti est ei violentus: et similiter motus leuis deorsum ex projectione est ei violentus: se ex hoc non sequitur quod motus ille violentus non fiat a sua potentia motiua ita bene sicut motus naturalis.

Primum dubium. Et quantum ad tertium articulum dubitatur primo circa primam conclusionem: quoniam. n. quies tam naturalis quam violenta sit destructiua motus formaliter: est enim priuatio motus atque cessatio: quoniam pacto potentia motiua id est inclinata ad producendum et conseruandum motum naturalem: poterit inclinari ad causandam quietem motui oppositam. Solutio. Omne ens naturale inclinatur ad conseruandum se inesse in quantum potest. id est in particulari indiuiduo: vel ad minus in specie: quod expresse dicit Aristoteles in fine secundi libri de generatione et corruptione: ergo naturaliter inclinatur ad habenda ea per quae inesse conseruari habet. Et quia non solum conseruatur res naturalis per motum ad suum locum naturalem: sed etiam per quietem in eo: ad quietem autem sequitur cessatio: desinitio: et corruptio motus: quia non possunt ambo simul esse in eodem: aut simul inesse eidem: ideo virtus illa naturalis motiua inclinatur ad corrumpendum motum: quando per quietem habet conseruari: et contra desinit quietem et causat motum: quando motus pertinet ad eius conseruationem. ab eadem ergo virtute naturali vnaqueque res habet: ut modo quiescat: et nunc moueatur alternis vicibus. Corrumpt quidem motum et causat quietem quando est in suo loco naturali: sed quando est in contrario loco: destruit quietem et causat motum nisi per vim in eo detineatur.

De potentia motiua rei naturalis

Secundo dubitatur circa conclusionem secundam: si motus sursum et deorsum contrarij sunt: et non possunt simul esse in eodem: quia alter eorum naturaliter est contrarius alteri. **S**ecundum dubium. **P**rius alterius formaliter: quomodo eadem potentia motiua potest naturaliter inclinari ad utrumque illorum causandum: etiam si fiat sermo de illo motu qui fit ad replendum vacuum: quoniam enim sit motus naturalis: est tamen contrarius alteri motui naturali eiusdem rei ad suum proprium locum. **S**olutio. Ex eodem fundamento probatur quod illos duos motus contrarios eadem potentia motiua naturalis elicere possit non simul sed successive: nam ex appetitu naturali quem habet res ad se conservandum: modo elicit unum motum ad suum proprium locum: modo elicit motum contrarium a suo loco naturali ad oppositum locum qui est iuxta se: ne remaneat vacuum: nam si ille relinqueretur vacuum: res illa non posset in suo proprio loco conservari: quia per vacuum non possit ad eam pertinere virtus celestis aut elementaris: sine qua nullum ens naturale in hac inferiori regione conservari potest. Sicut ergo propter sui conservationem res naturalis ex suam inclinationem movetur ad suum locum naturalem quando est extra ipsum: et quando non detinetur violenter ab alio impediente: ita etiam eadem res ex eadem inclinatione naturali conservationis sue movetur a suo loco ad replendum vacuum. contraria enim: ut Aristoteles dicit in postpredicamentis: sub eodem genere posita sunt: et ideo conveniunt in eadem communi ratione. sic ergo isti duo motus contrarij sursum et deorsum conveniunt in una ratione. scilicet conservationis illius rei: et ideo potentia naturalis motiua eius inclinatur ad utrumque illorum indifferentem: licet non possit illos duos simul elicere: est enim regula communis physicorum quod eadem res simul cum uno actu habet potentiam ad oppositum. sed eorum actus non potest simul habere: quia non simul se compatiuntur. **B**raue ergo quando sursum movetur ad replendum vacuum: aut leve deorsum propter idem: hoc agit ex sua naturali inclinatione: quia tunc ille motus facit ad eius conservationem: ut declaravimus.

Tertio dubitatur et fortiter circa tertiam conclusionem: quoniam enim ab omnibus **T**ertium doctis philosophis: immo et ab omnibus vulgaribus indoctis conformiter dicatur **dubium** quod motus proiectorum ad loca contraria suis locis naturalibus: sint motus violenti: et contra naturam corporis proiecti: quomodo dici poterit vere: quod ille motus proficiscitur a naturali et propria rei forma. **H**ec enim duo simul stare non possunt. quia implicent contradictionem istam: quod ille motus idem numero et simul in eodem tempore adequate sit naturalis et non sit naturalis eidem rei: nam bene sequitur: iste motus est violentus: ergo non est naturalis. pro altera parte sequitur quod sit naturalis: quia elicitus est a propria rei natura que est forma substantialis: et a naturali eius gravitate aut levitate. **S**olutio. **U**trumque assumptorum verum esse concedo. id est quod est violentus: et quod sit a propria ipsius proiecti forma naturali: nec sequitur ulla contradictio. **P**ro cuius probatione supponenda est definitio violenti quam ponit Aristoteles in tertio libro suorum ethicorum: **V**iolentum inquit est cuius principium extra est: non conferente vim passivo: ut si ventus quempiam impulerit: aut homines prepotentes ipsum traxerint. **V**ult ergo dicere quod motus violenti simpliciter sunt ut impul-

Questio quarta pbyfica

lio:tractio:vectio:in quibus passum nihil penitus agit sua vi: sed mere passive se habet: et totus motus a principio usque ad finem est ab agente extrinseco continue tangente et non dimittente ipsum passum quod mouetur. At proiectio non est huiusmodi: quia totus fere motus fit separato mobili a motore: excepto principio motus in quo solo mouens tangit mobile: estque simul cum eo: sed statim mobile separatur a motore: et fit motus ille sine motore illo: quod in illo motu passum confert vim motiuam ex quo non mouetur ab alio extrinseco nisi tantum in principio motus: proiectio ergo est motus violentus solum in principio: ideo non est simpliciter violentus. sed Aristoteles propter hoc solum principium motus ab extrinseco motore: enumerat proiectionem cum alijs motibus violentis in octavo lib. pbyficoꝝ. Erit ergo definitio violenti ab eo posita sic intelligenda: quod motus ille est violentus in quo toto passum nullam confert vim: sed tota illa actio ab extrinseco fit motore: ut impulsio: tractio: vectio. etc. vel saltem ille motus est violentus cuius principium est ab extra: ut proiectio: hoc. n. sufficit ad rationem violenti quod principium. i. prima pars motus fiat ab extrinseco motore: et in ea passum non conferat ullam vim. Ad motus ergo corporis proiecti ad locum non naturalem in principio et in fine est violentus: non autem in medio: nam principium eius est ab extrinseco: et finis eius est ad locum non naturalem. medie vero partes illius motus fiunt a principio intrinseco. i. a sua naturali qualitate motiua: ideo proiectio est motus partim violentus et partim naturalis: non enim est tam violentus motus sicut tractio aut vectio: in quibus mouens semper est coniunctum mobili et non deserit ipsum. Quod autem proiectum post separationem eius a principio: moueatur a principio intrinseco naturali: in tertia conclusione probatum est ex subordinatione quam habet ad maiorem virtutem principientis: et etiam quia continuatio illius motus est naturalis et necessaria secundum cursum nature: et ideo proiectum naturaliter insequitur motum a motore inchoatum. Quod ergo tam sapientes quam alij vulgares motum corporis proiecti ad locum sue nature contrarium vocant violentum: ex eo procedit quod eius principium est ab extra: et finis non conuenit nature ipsius corporis sic moti: non autem quod sit in totum violentus sicut vectio et tractio. Et si adhuc queras quomodo potest res naturalis sua parte natura moueri ad locum sibi contrarium siueque nature corruptiuum: quum naturaliter appetat suam conseruationem: et fugiat suam corruptionem. Respondeo: quod res illa non potuit ex sua natura exire locum sibi proprium et naturaliter conseruatiuum eius: atque appetere locum contrarium corruptiuum eius. sed violenter inde arrepta est: et ideo principium illius motus non potuit esse naturale sed violentum et ab extrinseco motore: sed facto illo principio motus: res illa necessitate naturali ex suaque forma intrinseca illum motum continuat et insequitur. quod autem illo motu res illa perueniat ad locum corruptiuum eius est per accidens et preter naturalem inclinationem eius: ex quo. n. necessitatur ad continuandum illum motum inceptum: indifferens est ei quorsum tendat: hoc est ad quem locum siue naturalem siue contrarium: nam et sepis lapis proicitur deorsum: et tunc non est dubium quin moueatur a sua natura: et tēdat ad locum sibi aptum pro sua conseruatione: tamen hoc non habet ex sua proiectione sed solum quod motum principientis continuet et insequatur. Quando vero principium mo

Quarte questionis finis.

tus alicuius corporis est naturalis et ab agente intrinseco: tunc etiam continuatio et finis motus est naturalis: et per illum motum totum naturalis: mobile non puenit nisi ad locum sue nature conseruatum: et recedit a loco sue corruptionis: quia tunc nulla extrinseca vi necessitatur aliorum tendere: sicut quando ab extrinseco agente proicitur. Ex omnibus que dicta sunt habemus tres motuum localium differentias in his inferioribus. est enim quidam motus in totum naturalis. ut motus corporis grauis deorsum et leuis sursum: non ab alio proiecti: talis. n. motus principium: medium: et finis est a motore intrinseco. i. a sua naturali forma tam substantiali quam accidentali. Alius est motus in totum violentus: et in omnibus suis partibus factus a motore extrinseco: et nullo modo coagente forma rei intrinseca. ut tractio: vectio: impulsio. et c. Proiectio denique medio modo se habet: quia a principio est motus violentus: et a solo motore extrinseco. deinde vero usque ad finem motus continuatio fit a solo motore intrinseco naturali: et denique ad locum non naturalem sed contrarium nature rei. Et loquendo de violento hoc tertio modo resolutio mea est: quod motum esse naturalem aut violentum: non debet attendi ex continuatione vel ex medio motus: quia in utroque illa continuatio est naturalis: et fit a principio mouente intrinseco: sed eorum discrimen est considerandum ex principio et fine motus: eo modo quem declarauimus.

Questio quinta adhuc physica: de rarefactione et condensatione naturali.

Utrum rarefactio et condensatio corporum naturalium fiat per intensionem ac remissionem quantitatis continue: quam nunc supponimus esse rem distinctam a substantia et qualitate cuiuslibet rei naturalis. Ad partem negatiuam arguitur ex autoritate Aristotelis in predicamento quantitatis: ubi expresse dicit quod quantitas non suscipit magis et minus: suscipere autem magis et minus est forma esse intensibilem et remissibilem: ergo quantitas non est forma intensibilis aut remissibilis: quare neque rarefactio et condensatio sunt per quantitatis intensionem aut remissionem. Ad partem affirmatiuam arguitur sic: extensio quantitatis proportionat et correspondet intensionem qualitatis: et successionem temporis. hec. n. tria nomina sonant continuitate: sed intensio qualitatis et successio temporis fit per additionem partis ad partem. ergo etiam rarefactio que est maior extensio quantitatis: fit per additionem partis ad partem: que est intensio quantitatis: et contra condensatio fiet per remotiorem partis aperte que est remissio.

In hac questione sicut in precedentibus tres faciemus articulos. Primum de notabilibus terminis declarantibus. Secundum de responsiuis conclusionibus. Tertium de dubijs incidentibus.

Questio quinta ad huc physica

Primum de
differentia

Quantum ad primum articulum est notandum primo quod differentia est inter augmentationem et rarefactionem: et similiter, condensatio et diminutio differunt: nam rarefactio fit nullo extrinseco corpore addito: et condensatio fit nullo intrinseco corpore remoto: ut expresse habet Aristoteles in quarto libro physicorum ubi agit de vacuo: et hoc patet ad experientiam in aqua ad ignem posita: nam ubi olla erat semiplena aqua: per calefactionem rarefit extēditurque adeo ut totam ollam impleat: immo et supereffluat nulla aqua ei addita: sed ab igne separata paulatim decrescit et condensatur per frigiditatem: adeo ut postea vix mediam ollam occupet: nulla tamen aqua ab ea abstracta aut separata. Sed augmentatio semper fit aliquo corpore adueniente ac superaddito: et diminutio fit per subtractionem alicuius intrinseci corporis: et hoc verum est tam in augmentatione physica et proprie dicta: quam per alimentum fieri solet in rebus viventibus: quam in augmentatione vulgaris et proprie dicta: ut quando paries aut turris crescit et augetur per appositionem lapidum aut laterum cum cemento eos colligante: ut palam docet Aristoteles in primo libro de generatione et corruptione. ubi agit de augmentatione et diminutione utroque modo. In hac ergo questione nihil intendimus dicere de augmento et diminutione: sed solum de rarefactione et condensatione proprie dictis.

Secundum de raritate et densitate.

Et quia rarefactio est motus ad raritatem acquirendam: et condensatio ad densitatem: sicut calefactio est motus ad calorem: et infrigidatio est motus ad frigiditatem: ideo secundo est inquirendum quod res sint raritas et densitas: de quibus sunt variae opiniones philosophorum Parisiensium: qui se peripateticos dicunt: nam eorum quidam dicunt quod raritas et densitas sunt qualitates de quarta specie sub illo genere figura: nam et Aristoteles in loco illo eas enumerat dicens: quod densum: asperum et leue ad illam pertinent specie: et ita secundum illos rarefactio est alteratio quedam sicut calefactio: immo semper rarefactio consequitur calefactionem: sicut condensatione infrigidationem. per rarefactionem ergo acquiritur quedam qualitas qua partes resistant distantiores: et condensatione sunt partes propinquiores. Nonunt enim isti quod sicut figura est qualitas circa quantitatem: ita et raritas ac densitas sunt qualitates circa quantitatem: nam figura est dispositio partium quantitatis ad invicem: et similiter raritas. etc. Alii opinati sunt quod raritas et densitas sunt quedam accidentia de predicamento situm vel positionis: quod nomen situm aut positionem partium in toto et in loco significat: et isti etiam figuram ponunt in illo predicamento eadem ratione: et dicunt quod sunt quedam respectus reales extrinseci: habent tamen modum qualitatum: et propterea Aristoteles posuit ista omnia in predicamento qualitatis: qui et spes illius predicamenti: non spes sed modos qualitatis appellavit: ergo figura et raritas ac densitas non sunt vere qualitates: sed respectus habentes modum qualitatum. Concludunt ergo isti quod per rarefactionem et condensationem situm partium variantur et nihil acquiritur vel deperditur in re ipsa nisi quod respectus partium permutantur: et iste sunt due opiniones realium: qui omnia predicamenta Aristotelis ex rebus potius quam ex terminis confecta putauerunt. Sed nominales qui po-

Tertia.

De rarefactione et condensatione.

nunt predicamenta illa non ex rebus: sed solum ex terminis esse cōtexta: sunt enim coordinationes vocabulorum ad scientias reales pertinentiū: ideo in hac questione de rarefactione et condensatione sicut et in omni materia physica non curant de predicamentis logicis: sicut neque de declinationibus aut coniugationibus grammaticis. Sūt tamen de raritate et densitate due alie nominaliū sententię: nam eorū quidam distinguentes quantitatem a substantia et qualitate in quacūq; re naturali: dicūt qd raritas et densitas nec sunt qualitates nec respectus: sed sunt quantitates que acquiruntur et deperduntur: ita vt raritas sit maior quantitas et densitas sit minor quantitas: que successiue acquiruntur et deperduntur in rebus naturalibus. Alij vero non distinguentes quantitatem a substantia et qualitate in vlla re naturali: dicunt rarefactionem et condensationem esse motus locales partium substantię rei: quibus partes ipse adinuicem accedunt et recedunt situali positione. iste tamen motus localis partium pcedit ex aliqua pcedēti alteratione: puta ex calefactione aut frigididatione corporis: vt dictū est de aqua ad ignē posita et rursum ab igne separata.

¶ Sed his doctorum varietatibus dimissis: tertio in hac questione volo supponere qd in rebus corporeis quantitas continua: que et magnitudo vel extensio: sit alia et distincta res a substantia rei: et qd sit accidens materie inherens distinctū et differens a qualitatibus in eadem re existentibus: et hoc quidem non teneo ppter phantasiū predicamentorū sicut reales: qui hoc tenent: propterea qd predicamentū quantitatis sit aliud a predicamentis substantię et qualitatis. sed qd videt mibi quod hec fuerit mens Aristotelis in sua physica atq; in methaphysica. nam in primo libro suorū physicorū arguens contra eos qui dicebant tantū vnum esse ens in mūdo: inter alia dicit. si quantitas et substantia est: duo sunt entia et non tantū vnū est. Adhuc clarius in secūdo libro de anima capite vltimo disputans de sensu communi ait: qd magnitudo et color quibus simul sint in eadem re naturali: tamen quoniam in altero sensibili alteri sensus reperitur magnitudo: manifestum facit qd aliud quoddam sit vnuinquodq; eorū. Insuper clarissime hoc dicit in septimo libro sue methaphysice in capite tertio: longitudo inquit: latitudo: et profunditas: quantitates quidam sunt et non substantię: quantitas enim non substantia est: sed magis cui hec insunt ipsa substantia est. Et licet mibi magis placeat opposita opinio. scilicet qd vnaqueq; res extensa sit sua extensio suaq; magnitudo: siue sit substantia siue qualitas: eamq; sententiā in meis predicamentis vt probabiliozem approbauerim: tamen in hoc loco volo stare in opinione Aristotelis et aliorum doctorum nominaliū qui eam tenent: et hoc ideo quia in hac questione intendo agere cū eis qui hanc opinionem tenentes: nō satis docte meo iudicio: determinauerūt questionem de rarefactione et condensatione rerū naturalium. Et volo cū eis conuenire in hoc: qd raritas et densitas nec sunt qualitates neq; relationes: sed sunt quantitates sicut et figura: de qua Aristoteles in secundo de anima capite vltimo expresse dicit quod figura est magnitudo quedam: id est: est magnitudo terminata scilicet lineis aut superficiebus. Eodem modo diffiniri habet raritas quod est

Tertium
de distinctione
quantitatis
ab alijs

Aristotelis
sententia

Questio quinta adhuc physica

magnitudo extensior sub qua parū est de materia. econtra densitas est magnitudo breuior sub qua multū est de materia. nam in vno pugillo terre plus est de materia q̄ in vno pugillo aque vel aeris: qa terra ē corp⁹ dēsum: ⁊ habz in vno pugillo suo tantā materiā siue substantiā sicut decē pugilli aque ⁊ vn⁹ pugillus aque sicut decē pugilli aeris: ⁊ vn⁹ pugill⁹ aeris sicut decē pugilli ignis: ergo sub equali extensione: rarū minus habet de materia q̄ dēsum. Hec de terminorū declaratione in primo articulo.

Prima
conclusio.

Quantū ad secundū articulū sit hec prima conclusio. In reb⁹ naturalibus ois forma (excepta anima rationali) habet partes extensionis sed differenter: quia q̄ntitas eas habet per se: alie vero omnes solū per accidens siue per aliud hoc ē per quantitatem. Prima pars in eo quod asserit de anima rationali: q̄ ipsa nō habz partes extensionis: poti⁹ est tenenda ex fide q̄ vt possit ratione probari: quia ipsa a solo deo fuit creata: quando inspirauit deus in faciem hominis spiraculum vite: ⁊ factus est homo in animam viuente: genelis. 2. ergo anima hominis est spirit⁹ paulo inferior angelo: vt dicitur in psalmo. viij. res autem spūales vt deus ⁊ angelus: non habent partes extensionis: ergo anima rationalis est forma simplex nullas habēs partes: ideo sanctus Augustin⁹ de ea loquēs ait: q̄ est tota in toto corpore hominis: ⁊ tota in qualibet eius parte: quia. s. ipsa est impartibilis: ⁊ ab agente naturali nullo modo producibilis. Alie vero anime ⁊ forme naturales omnes ab agente naturali producunt: dicente domino genelis p̄mo: Producent aque: p̄ducat terra animam viuente. ⁊ idē habet Aristoteles in secūdo libro de aia. naturalissimū inquit opus est viuente: vnumquodq̄ eorū alterū gignere quale ipsum est: ⁊ idē clarius apparet in rebus non viuente: vt ignis generat ignē: ⁊ terra terram ⁊c. agens aut naturale omne corporeū est ⁊ extensum: agens p̄ contactū in determinato loco ⁊ tēpore existens: ergo omnis forma naturalis est corporea ⁊ extensa habens partē extra partē: excepta anima rationali: ⁊ hoc quidem verū est tam in in formis substantialib⁹ q̄ in accidentalib⁹: nam de animabus arborū ⁊ quorūdam animalium imperfectorū Aristoteles dicit in secūda lib. de aia: q̄ decisa viuunt: ita q̄ sicut diuidit corpus: ita ⁊ anima eorū diuidit in partes extensionis. Eadem ratio est in alijs reb⁹ inanimatis que diuidunt in partes: nā simul diuidunt materia ⁊ omnes forme que in ea sunt: tam substantiales q̄ accidentales: vt ad sensum videm⁹. Ex his apparet q̄ indocta sit propositio Gilberti ⁊ Sorretani in libello sex p̄ncipiorū: q̄ omnis forma est simplex ⁊ inuariabilis essentie. i. impartibilis in partes: quam p̄ponēu pleriq̄ Parisiensiu auidius q̄ par esset amplexati sunt. Secūda pars etiam probat a simili in qualitatib⁹: quia color ex sua natura ⁊ per se est visibilis: sed alie forme simul cum colore existentes per accidens ⁊ per colorem sunt visibiles. eadem ratio est de sapore: odore: ⁊ de alijs qualitatibus sensibilibus: quas Aristoteles in secūdo lib. de anima vocat sensibilia p̄ se: ⁊ alia eis coniuncta sensibilia per accidens. i. per sensibilia per se: ergo eodem ⁊ simili modo quantitas est forma de per se habens partes extensionis: ⁊ alie forme ei coniuncte in re naturali solum de per accidens habent partes extensionis. s. p

De rarefactione et condensatione

quantitatē: que eas omnes et etiam materiam extendit situaliter. Hac rōne Aristoteles in predicamento qualitatis: ut aliqui putāt: albedinem vocat quantitātē per accidens: quia non habet extensionem nisi per superficiem cui inheret. Unde subdit ibidem: Quanta enim fuerit superficies tantam albedinem fore dices. et in quanto libro metaphysice in capite de quantitate dicit quod esse diuisibile in partes: est propria passio quantitatis de per se ei conueniens: et alijs per quantitatem et per accidens. huic consonat illud ei dictum in primo libro physicorum: Ratio finiti et infiniti. scilicet. extensiuē: quantitati conuenit et non substantie nisi per accidens. Non est ergo querenda ratio quare quantitas continua habeat partes extensionis: quia hoc ei conuenit per se et a propria natura. est enim ipsa extensio rei corporalis: quam deus creauit ad hoc ut per eam extendatur materia et omnis forma naturalis in ea existens. patet ergo prime conclusionis veritas. Et iuxta quam hoc addo: quod licet hic concedam quantitatem continuam: non autē discetā esse formam realiter distinctam a substantia et qualitate: tamen non concedo in ipsa magnitudine esse illa indiuisibilin continuantia et terminantia: quod plerique huius opinionis doctores ponunt: puncta videlicet: lineas: et superficies: hec enim imaginatio mihi non placet: sed ingenue fateor: puncta: lineas: et superficies in eadem re naturali non differre a seipsis: quia a corpore: et dico quod omnis magnitudo est triplieiter dimensa. scilicet. in longum latum: et profundum: et quod implicat contradictionem esse aliquam magnitudinem villo modo indiuisibile. Diuisibile. n. est propria passio quantitatis per se ei conueniens et nullo modo de ipsa vere negabilis: ut expressa est citata autoritas Aristotelis in quinto sue metaphysice libro.

Et Secunda conclusio. Sicut in alijs formis accidentalibus (secus autē in substantia secundum accidentalibus) preter partes extensionis ponuntur etiam et partes intensiōis: quas gradus earum vocant: ita etiam est probabile quantitatem continuam preter extensionem situalem habere latitudinem essentialē: et in partes graduales diuisibile intensiuē. De formis substantialibus quocumque ille sint: teneamus viam communem peripateticorum: quod essentie earum sunt simplices: et non habent partes intensiōis sine gradus: quibus in his rebus naturalibus fere omnes ille habeant partes extensionis. scilicet. per accidens ad extensionem materie et quantitatis: ut dictum est in prima conclusione. Huius veritatis signum est: quia cuiuslibet substantie compositę essentia semper eadem et inuariata perseverat: non enim Petrus est magis homo vno tempore quam alio. similiter in quocumque alio animali: planta: metallo: aut lapide. Verum tamen quibus hoc ita sit de communi cursu nature et de potentia creata: posset tamen deus facere plures eiusdem forme substantiales partes extensionis esse simul penetrantē: atque vnire eas: nam hoc facto illa forma substantialis haberet plures gradus et partes intrinsecas essentie sue. Quidam etiam Parisiensiū pertinaciter voluerunt tenere quod omnis extensio forme cuiuscumque est intensio: quia partes extensionis eius ex quo sunt continue: sunt partes essentie eius: et ita sunt gradus intensiōis. nihil enim referre putant si plures partes eiusdem forme sint extra seipsas situate: aut sine simul se penetrantes: utroque namque illorum modorum ille sunt partes essentie eius.

Questio quinta adhuc physica

continue: et unam totalem formam facientes. Sed hac opinione dimissa: venimus ad secundam conclusionis partem. scilicet: de formis accidentalibus: que dicuntur qualitates: quamvis enim aliqui doctores post Gilbertum dicant eas esse penitus simplices: et nullas intensiois partes habentes: eo modo quo diximus de formis substantialibus: tamen communis Parisiorum schola tenet quod qualitates habent latitudinem in sua essentia. id est quod habent partes intrinsecas in quas sua essentia est divisibilis: et ille partes dicuntur gradus intensiois earum: et dicunt quod gradus illi in eodem subiecto existentes simul et sese penetrantes ununtur: et continuantur ad invicem: faciuntque unum totum continuum intensiois: sicut partes quantitatis unite in extensione faciunt unum totum continuum extensiois: sicut enim se habet magnitudo corporalis in sua extensione: ita se habet qualitas in sua intensiois: et tempus in sua successiois: cuius partes continue faciunt unum totum successivum: omnis ergo qualitas est quantitas continua intensiois: sicut omne corpus est quantitas continua extensiois: et tempus est quantitas continua successiois. Nec namque tria sibiipsis proportionalia sunt: extensio in quantitate: intensio in qualitate: et successio in tempore: suntque omnia ex partibus sibiipsis unitis et continuatis: atque unum totum continuum constituentibus. Tertia pars conclusionis de quantitate continua: que est magnitudo et non qualitas neque substantia: quod ipsa non solum habet partes extensiois: sed etiam partes intensiois sicut qualitas. probari potest ex supradictis: quia sola forma substantialis est in sua essentia simplex et indivisibilis: ergo omnis alia forma accidentalis est composita et divisibilis in sua essentia: divisibilis inquam: non in partes diversarum rationum ut substantia composita: sed in partes eiusdem rationis que faciunt unum totum homogeneum: et cuius quilibet pars est eiusdem nature cum toto. Quantitas autem continua est quedam forma accidentalis: ut nunc supponimus: quod ipsa non solum habet partes extensiois sed etiam intensiois: non enim ipsa est ponenda forma tam simplex sicut forma substantialis: que solum habet partes extensiois. Et confirmatur primo: quia non magis constat de qualitate quod habeat partes intensiois in sue essentie latitudine quam de quantitate: immo quantitas videtur minus simplex forma quam qualitas: quia est forma magis materialis: quia ut aiunt ponentes eam: est forma de gremio materie: qualitas vero est de gremio forme substantialis: que est subtilior substantia quam materia: ergo qualitas est subtilior forma quam quantitas. sed omnes fere doctores ponunt in qualitate duplices partes. id est non solum partes extensiois: sed etiam partes intensiois. Confirmatur secundo ex similitudine in rebus successivis: que sunt motus localis et tempus. nam ponentes hec accidentia distincta a substantiis: dicunt motum et tempus habere non solum partes successiois continuatas ad invicem: sed etiam partes intensiois: quibus motus dicitur velocior aut tardior: ut patet ex regulis de velocitate et tarditate motuum: quas ponit Aristoteles in septimo libro suorum physicorum: ergo similiter potest dici de quantitate: quod preter divisionem extensivam et sitivalem in partes suas extra se positas situ et loco: habeat etiam divisionem intensivam et gradualem in partes sese penetrantes in eodem situ et loco: que tamen sunt extra se intensiois et gradualiter

De rarefactione et condensatione.

liter sicut dicitur solet de partibus intensiuis et gradualibus qualitatis. ¶ Datet ergo tertia pars conclusionis probabiliter declarata: quod nulla forma accidentalis in rebus corporeis est indiuisibilis essentie: sed omnes ille habet intrinsecam latitudinem que plures in se partes includit: ex quibus ipsa forme essentia composita est. Quare si quantitas continua similiter et latitudo atque tempus ponantur esse accidentales forme in rebus corporeis: ipse perfectio omnes habet non solum partes extensionis et successione: sed etiam partes et gradus intensiouis. Hanc etiam opinionem tenuit doctor quidam Parisiensis nominatus Joannes de Gasolis in suo. 4. lib. sententiarum. dist. 12. q. 4. ubi disputauit de rarefactione et condensatione specierum eucharistie. Ergo secundum hanc viam pono aliam conclusionem et responsalem ad titulum questionis negative.

Tertia conclusio sit. quod sicut in qualitatis alteratione: inter plures modos dicendi **Tertia** diuisionum: planior: facillior: atque certior est ille: qui ponit intensiouis forme fieri per additionem et generationem nouarum partium intrinsecarum ipsius forme: et remissionem e contra per remotionem atque corruptionem graduum eiusdem forme: ita mea opinio est: quod ille motus quantitatis: qui dicitur rarefactio: fiat per additionem sine generationem nouarum partium intrinsecarum ipsius quantitatis: et e contra condensatio fiat per remotionem atque corruptionem graduum ipsius in eadem quantitate: quum reuera rarefactio sit intensio: et condensatio sit remissio quantitatis: sicut etiam in motu locali velocitas est eius intensio: et tarditas eius remissio. ¶ Prima pars conclusionis circa alterationem qualitatis plures modos dicendi commemorat de intensiouis et remissione eius. ¶ Primus modus dicit eas fieri per **Prima** maiorem aut minorem radicationem qualitatis in subiecto: quod nunc magis opinio: nunc minus participat illam formam: et iste modus negat partes et gradus latitudinis in omnibus formis. Alter modus licet concedat gradus intensiouis **Secunda** aut remissionis forme: tamen dicit quod nunquam possunt duo gradus simul esse in **Opinio.** eodem subiecto adequato: et ita adueniente nouo gradu corrumpitur precedentis: sed in forme intensiouis gradus sequens est perfectior precedente: et ideo dicitur forma intensior: et sic successiue usque ad summum gradum. in remissione vero e contra: gradus precedentis qui corrumpitur: erat perfectior quam sequens qui de nouo aduenit: et sic consequenter usque ad non gradum. et propterea forma illa dicitur remitti. Vocat hec opinio gradus forme magis aut minus perfectos alios alius: non quidem specificice: sed solum numeraliter: quia magis et minus non variant speciem. Quando ergo calor inteditur in aqua ad ignem posita: dicit hec opinio quod ille calor qui prius erat in aqua non crescit: neque aliquid additur ei: sed eo remoto succedit ei alius melior calor: et e contra aqua ab igne separata: calor remittitur: non quidem quod calor primus decrecat: vel quod aliquid auferatur ab eo: sed quod eo corrupto succedit ei alius calor minus eo perfectus. Tertius modus dicendi **Tertia** ponit essentiam qualitatis diuisibilem in plures gradus: quorum nullus est alte **Opinio.** ro perfectior: et quod gradus illi sunt vniti et faciunt vnum calorem totalem. Intensio ergo illius forme fit per additionem noui gradus geniti ad calorem precedentem: qui vnitus cum eo facit maiorem calorem quam prius erat. E contra vero remissio

Questio quinta adhuc pvyfica

forme fit per remotionē ⁊ corruptionem alicuius partis eius: qua ablata : calor
qui manet in aqua: est minor quam prius erat . Prima ergo pars mee conclu-
sionis tertie dicit q̄ iste tertius modus dicendi est melior alijs duobus : quia est
planior ad intelligendū: ⁊ facilior ad sustinendum: ⁊ propterea hunc modū sequit̄
communis schola doctorum sine philosophorum sine theologorum . Sequendo
ergo hunc modū in qualitatibus: dicit secunda pars eiusdem conclusionis q̄ in ra-
refactione ⁊ condensatione quantitatis inter alios modos dicendi est pbabilior
ille qui assimilatur tertio modo dicēdi de intensiōe ⁊ remissionē qualitatis . Sūt
nāq̄ tres modi dicēdi de condensatione ⁊ rarefactione . Primus tenet q̄ sunt al-
terationes ad q̄litates: aut ad relationes q̄ sunt raritas ⁊ densitas . Secundus q̄
sunt motus ad quantitates contrarias q̄ sunt raritas ⁊ densitas . ⁊ assimilāt secun-
do modo de intensiōe ⁊ remissionē . dicunt . n . q̄ quādo aqua super ignē posita in-
cipit rarefcere ⁊ subtiliari: corrumpitur in ea tota prior quantitas quā habebat . s .
densitas: ⁊ introducitur alia quantitas tota de nouo producta q̄ est raritas: dein-
de paulatim magis ac magis rarefit aqua : ⁊ continue mutat totam quantitatē
suā . s . deperdita vna ⁊ acquisita alia: quia due quantitates simul esse non possunt
in ea: ita q̄ in quolibet instanti illius temporis a qua habet aliam ⁊ aliam quanti-
tatem de nouo acquisitam: priore semper tota remota atq̄ corrupta: ⁊ sic cōsequē-
ter donec perueniatur ad summam raritatem quam potest habere aqua . Contra-
fit in condensatione: quando aqua separata ab igne paulatim densatur: q̄ in quo-
libet instanti illius densationis acquiritur noua quantitas que est densitas: ⁊ por-
pditur atq̄ corrumpitur in totum: ⁊ sic consequenter: donec perueniatur ad sum-
mam densitatem quam potest habere aqua . ⁊ omnino similiter sicut ista opi-
nio loquebatur de intensiōe ⁊ remissionē caloris in aqua illa: ita loquitur de rare-
factione ⁊ condensatione quantitatis eius : quia simul cum calore acquiritur vel
deperditur raritas: ⁊ cum frigore acquiritur vel deperditur densitas in aqua . Ter-
tius modus dicendi de rarefactione ⁊ condensatione: assimilatur tertio modo di-
cendi de intensiōe ⁊ remissionē caloris . s . q̄ in rarefactione non corrupta priore
quantitate acquiritur alia de nouo: que ⁊ priori vnitur: ⁊ ex eis fit vna maior quā-
titas: ⁊ sic continue additur alius ⁊ alius gradus quantitatis cum precedenti-
bus: donec perueniatur ad summum . Contrario vero condensatio fit nulla quan-
titate de nouo acquisita aut generata: sed solum parte prioris deperdita aut corru-
pta: ⁊ ita continue fit quantitas aque minor donec perueniatur ad eam que re-
quiritur ad naturam aque conseruandam: ⁊ illa est naturalis densitas eius . Et
iste tertius modus fit mihi multum probabilis: ⁊ probatio eius pendet ex secū-
da conclusione precedente: que ponit latitudinem graduum in omni forma acci-
dentali: idest tam in quātitate q̄ in qualitate . ⁊ persuaderi potest ex eo q̄ in aqua
ad ignem posita simul crescit ⁊ decrefcit calor ⁊ quantitas eius vt ad sensum vide-
mus . Ex duabus igitur his conclusionibus meam recolligens sententiam dico:
q̄ omnis forma rei naturalis (excepta anima rationali) est diuisibilis in partes
extensionis extraseipsas situ aliter existentes . i . situ ⁊ loco distantes . Addo etiam

Corol-
lariū

De rarefactione et condensatione

quod omnis forma accidentalis cuiuscumque generis sit: non solum habet partes extensionis in quas est diuisibilis: sed etiam habet partes intensiōis. id est gradus essentialis latitudinis ex quibus ipsa constat: et in quos etiam est diuisibilis: ut inductione colligere possumus. Hanc. n. duplicem diuisionem in qualitibus: omnes fere docti concedunt: In motu etiam locali: qui tenet ipsum esse accidens successiuum a rebus permanentibus distinctum: ponunt partes extensionis successive. id est aliam post alteram in tempore: et propter eas dicunt quod habent partes intensiōis in sua velocitate ac tarditate: immo addunt ei tertias partes extensionis aliquo modo permanentes. scilicet ad extensionem subiecti mobilis in quo est illud accidens qui dicitur motus: coextenditur. n. ad extensionem subiecti sicut et qualitas. Ergo si quantitas continua ponatur esse forma accidentalis a substantia et qualitate distincta: debet etiam concedi quod preter partes sue extensionis situalis: habet partes intensiōis gradualis: et per illas fit rarefactio et condensatio rei naturalis. qui sunt motus ad quantitatem. Hec igitur est mea responsio affirmatiua ad titulum huius quinte questionis. Veruntamen illi qui non distinguunt quantitatem a substantia et qualitate: dicunt quod rarefactio et condensatio non sunt intensio aut remissio alicuius forme accidentalis: sed sunt motus locales partium extensionis substantie naturalis: quia nihil aliud sunt quam appropinquatio: et elongatio earum ad seipsas: et hec illarum partium mutatio localis semper consequitur alterationem eiusdem corporis in calore et frigiditate: nam per calorem subtiliantur et dilatantur partes rei: et illa dilatatio est rarefactio: contra per frigiditatem ingrossantur et constringuntur atque appropinquantur partes: et illa appropinquatio est condensatio. et c. sed de hac opinione in hoc loco nolumus curare. Tenendo ergo responsionem datam in tertia conclusione: ad rationes questionis dico quod ratio ad partem affirmatiuam est bona probabilis: quoniam non sit demonstratiua. Ad aliam rationem per partem negatiuam: negamus primam consequentiam: quia illa autoritas Aristotelis in predicamentis: loquebatur de terminis predicamenti quantitatis. hic autem nos disputamus de rebus. unde non facit ad propositum.

Quantum ad tertium articulum: dubitatur primo circa primam conclusionem: utrum res que ex sua natura non est extensa: possit per aliam fieri extensa. Solutio communis peripateticorum philosophorum est affirmatiua: quia ut dicunt: quantitas continua est omnium rerum naturalium extensio essentialiter et de per se: ita quod nec materia: nec forma vlla: siue substantialis siue accidentalis: ex sua natura habet partem extra partem: nisi extendatur per quantitatem ei coniunctam: et ita sunt extensa per accidens. id est per aliud: hoc est per quantitatem: que sola est per se extensa et non per aliud: sicut enim color est visibile per se: materia autem et forma substantialis: alique qualitates non videntur per se: sed per accidens. id est per aliud: hoc est per colorem: qui per se visibilis et non per aliud: ita est de extensione: que per se conuenit quantitati: alijs vero ei coniunctis per accidens et ratione quantitatis. et hanc doctrinam secuti sumus in toto secundo articulo: ut aliquid noui diceremus. Aliqui tamen eorum qui se peripateticos dicunt: solunt hoc dubium negatiue. scilicet quod nulla res potest fieri extensa per aliam: sed quod omnis res naturalis: siue materia siue forma substantialis aut accidentalis

Primum
dubium

Questio quinta adhuc pbyfica

est extensa per suam propriam naturam et non per aliquid aliud ab ea. Sole enim res spirituales ex sua natura sunt simplices et impartibiles: et per hoc differunt a rebus corporeis: que ex sua natura sunt composite ex multis partibus atque divisibiles in partes. Huius veritatis manifestum signum esse dicunt: quia anima rationalis hominis: que ex sua natura est res spiritualis: simplex: et inextensa: quantumcumque sit coniuncta materie: quantitati: qualitati: et alijs formis extensis: nunquam tamen ab eis potest fieri extensa et partibilis per accidens: ergo per contrarium forma naturalis quecumque illa sit siue substantialis siue accidentalis: si est extensa et habens partes extra partes: hoc habet a se. i. ex natura sua: et non ab alio extendente illam. eadem ratio est de materia formis subiecta: quia ex sua natura est corporea extensa et habens partem extra partem: nulla ergo res in mundo per aliam fit corporea: extensa: et partibilis: nisi res spiritualis quantumcumque uniatu rei corporali: nunquam fiet corporea: et contra: omnis etiam res corporea ex sua natura est corporea: et non ab alio creato facta est corporea. Confirmatur hec ratio ex sensibilibus per se obiectis sensuum. color enim per se est visibilis: sed hoc non haberet nisi extensus et corporeus: quia indivisibile non potest sentiri: ergo color ex sua natura habet quod sit extensus ut sit per se visibilis. eadem ratio est de odore sapore: et de quocumque alio sensibili per se: quod nunquam inveniunt nisi extensam et divisibilem: neque posset aliter sentiri. Confirmatur etiam quia in sacramento eucharistie: post consecrationem non remanet substantie panis et vini: nisi sola accidentia eorum. i. color: odor: sapor. etc. que omnia sunt sensibilia per se quanta et extensa: et potuissent a quantitate separari sicut a substantia: si per eam essent extensa: quod tamen non factum est: quia non est possibile quod detur materia inextensa. similiter et forma quecumque naturalis siue substantia siue accidens. Ex hac ergo ratione mori sunt isti ad dicendum quod non est ponenda quantitas forma distincta a substantia corporali vel qualitate sensibili: sed quod omnis res extensa est sua extensio: sua quantitas siue continua siue discreta. etc.

Secundum
dubium

¶ Secundo dubitatur circa secundam conclusionem de quantitate: que ponitur distincta forma a qualitate: et habens partes seu gradus intensiōnis sicut et qualitas: utrum illi gradus sint simul extensive sese penetrantes: sicut dicitur de gradibus qualitatis: quod unius et sunt simul situatim: et sese penetrant. Solutio est affirmativa: quia ut in declaratione eiusdem conclusionis dictum est: sola forma substantialis est intensiue simplex et indivisibilis in partes: ergo quantitas si ponatur esse forma accidentalis: et non tam simplex sicut forma substantialis: habet suos gradus intensiōnis unitos: simul et facientes unum totum omogeneum: sicut gradus qualitatis uniti et continuati simul faciunt unam totalem qualitatem formam omogeneam. Hec tamen mea positio videtur nimis dura et improbabilis: omnibus tenentibus quantitatem esse formam a qualitate distinctam: nam ad eam sequitur manifeste quod plures quantitates seu dimensiones sese penetrant. i. illi plures gradus qui sunt quantitates. Hoc autem per naturam dicitur esse impossibile: ut expresse docet Aristoteles in quarto libro physicorum: quod duo vel plura corpora non possunt esse simul in eodem loco proprio: quod esset ea se penetrare. hinc accepta est illa regula vulgarissima: quod penetra

De rarefactione et condensatione

ratio dimensionum est impossibilis per naturam. Ad hanc rationem facilis est responsio per simile in gradibus qualitatis: Nam antiquiores peripatetici propterea negabant gradus latitudinis in qualitatibus: quia erat apud eos una alia regula vulgatissima: quod duo accidentia eiusdem speciei solo numero differentia: non possunt simul esse in eodem subiecto: duo autem gradus caloris sunt due qualitates eiusdem speciei: et solo differunt numero: ergo calor non potest habere plures gradus simul existentes in eodem subiecto: et ita de qualibet alia qualitate. Ad hanc. n. rationem communiter respondent peripatetici recentiores: qui gradus ponunt in qualitatibus: dicentes quod illa regula est limitanda de accidentibus non unitis: et que non faciunt unum totum. secus autem de illis que unita et continuata faciunt unum totum omogeneum. est ergo sensus illius regule: quod duo vel plura accidentia solo numero differentia non possunt esse simul in eodem subiecto quod faciunt unum totum unita: alias regula non esset vera: quia esset contraria sensui et experientie: nam omnis qualitas corporalis habet plures partes extensionis realiter distinctas et solo numero differentes: que tamen sunt in eodem subiecto simul. Similiter ergo responderi potest ad illam regulam de penetratione dimensionum: quod due quantitates non possunt simul esse in eodem situ et loco sese penetrantes: nisi unite faciant unum totum omogeneum. Concedo ergo penetrationem dimensionum esse possibilem per naturam hoc modo: regula itaque ista est limitanda: quod sit vera de quantitatibus separatis et non unitis: ille enim erat sensus Aristotelis quando dixit quod duo corpora non possunt esse in eodem situ et loco simul sese penetrantia. secus autem de quantitatibus unitis et facientibus unum totum omogeneum: ut patet in partibus extensionis ipsius quantitatis que faciunt unam totam quantitatem unite et continue sibimetipsis. Confirmatur hec responsio: quia omnes qui tenent quod que libet res extensa est sua extensio: et quod omnis qualitas naturalis est quantitas simul et materia et forma substantialis: ingenue fatentur quod plures quantitates sunt simul in eodem subiecto sese penetrantes. scilicet materia et forma substantialis et omnes qualitates in ea existentes. et limitant regulam quarti physicorum quod sit vera: de quantitatibus substantialibus eiusdem rationis: ut quod due materie duarum rerum naturalium non possunt se penetrare. similiter neque due forme substantiales: tamen in formis accidentalibus non solum due forme diuerse specie: sed etiam due quantitates eiusdem rationis: qui sunt duo gradus intensiois: bene possunt simul esse et sese penetrare in eodem subiecto: ut in lacte color: sapor: et odor: et plures gradus cuiuslibet eorum sunt simul et se penetrant. Et easdem propones concedere possunt qui tenent quantitatem distinctam a substantia et qualitate: et quod alie forme in eodem subiecto extenduntur: per accidens et ratione quantitatis que eas facit extensas: quid. n. refert in rebus extensis: si illa extensio sit a se vel per se: aut sit ab alio et per accidens: quia tam vera et realis extensio est illa sicut ista: et si est extensio: ergo est quantitas: nam Aristoteles expresse dixit in predicamento quantitatis: quod albedo est quantitas per accidens. eadem ratio est de quacunque alia qualitate corporali: ergo plures qualitates siue eiusdem rationis siue diuersarum: sunt plures.

Questionis quinte finis.

quantitates per accidens simul existentes & se penetrantes in eodem subiecto. Si ergo conceditur penetratio in alijs formis: que sunt quantitates siue per se siue per accidens: eodem modo concedi poterunt sese penetrantes plures gradus quantitates simul existētes & vnā totam quantitatē cōstituentes in eodem subiecto. ¶ Daret ergo solutio affirmatiua ad hoc dubium secundum duas vias peripateticorum philosophorum.

Tertium dubium ¶ Tertio dubitatur: circa secundum modum intensiōnis & rarefactionis positum in tertia conclusione: scilicet quod in quolibet instanti illius temporis sit deperditus vnus gradus qualitatis aut quantitatis: & acquisitus alius de nouo: vtrum illa opinio que est Aristoteli: cogatur concedere quod in vna hora sint acquisite & deperditę in eodem subiecto infinite forme totales non facientes vnum totum per vnionem intensiuam. Solutio est affirmatiua: quam ipsi etiam sponte confitentur: & vnus eorum omnibus alijs recentior dicit: quod sicut in corpore cōtinuo sunt infinite ptes altera extra alterā cōtinuate, & in motu atq; in tēpore sunt infinite ptes cōtinue succedētes altera post alteram, ita & in hoc pposito. Et huius rei exēplū sensibile apparet in aqua q̄ raptim fluit per canalem molendini: quia canalis ille semper plenus est aqua: tamen in quolibet instanti est in canali alia & alia aqua: ita quod precedens iam effluit: & alia de nouo successit: ita ergo in motibus intensiōnis & rarefactionis: qui sunt continui & successiue fiunt: in quolibet instanti est alius & alius gradus qualitatis aut quantitatis de nouo acquisitus p:iore deperdito. Econtra vero de remissione & condensatione: in quolibet instanti est deperditus alius & alius gradus qualitatis aut quantitatis: alio de nouo acquisito: & ita per continuam successionem sunt infinita in potentia non infinita in actu: que ipse Aristoteles concedit in tertio libro physicorum. Sed hec opinio non placet communiter doctis: tum quia in formis eiusdem speciei specialissime ponit inequalitatem essentialiter: id est quod vnus gradus caloris est perfectior altero essentialiter: & ita de gradibus quantitatis in rarefactione: tum quia non est simile de partibus continui successiui & de gradibus intensiōnis & rarefactionis: quia in istis adueniēte nouo gradu: nihil manet p:oris: in illis autē per multa instantia tēporis datur aliquid prioris partis: nondum totaliter elapse. &c. ¶ Hec de quinta questione.

Questio sexta methaphysica: de arte
Raymundi Lulij.

Trum ars seu doctrina Raymundi Lulij: qua vna se pollicetur docturū oēs artes et sciētias: sit veris philosophis utilis et acceptanda: atque in scholis exercenda. Ad partē affirmatiuā sic arguit. ars illa innititur principiis transcendentibus ad omnium scientiarum principia se extendentibus: quod est habenda ut quaedam methaphysica: de qua Aristoteles ait in primo libro posteriorum: quod methaphysica est scientia cuius se extendens ad oēs scientias. Et in principio illius artis autor dicit: quod subiectū eius est respondere ad quamlibet questionē: dummodo sciatur quid per terminos eius importetur. Ad partē vero negatiuam arguit ex autoritate Aristotelis in eodem primo libro posteriorum dicentis: quod per cōia non fit demonstratio: neque acquiritur scientia: et quod omnis sciētia procedit ex propriis principijs: non autem ex alienis vel ex cōibus: ergo ars illa solū procedens ex cōibus: non est utilis ad discendas omnes alias artes et scientias.

In hac questione sicut in alijs precedentibus: tres coordinabimus articulos. In primo erunt notabilia. In secundo cōclusiones. In tertio dubia.

Quātū ad primum articulū sciendū ē: quod circa annos dñi mille et quadringētos in Catha **Pa**lonia Hispanica: aut in Maiorica insula fuit quidam Raymūdus cognomēto Lulij: qui in mū de annis iuuentutis sue in habitu laico vitam curialē egit: oīo expro literarum excepta Ray gramatica satis rudis: ut eā loqui solent homines laici curie secularis. postea vero circa mundum ca mediā etatē suā vite pterite penitēs: seculū deseruit: et heremicolarū statum elegit: in quo transactis aliquot annis in vita illa monastica: solū deo vacādo per cōtemplationes ac meditationes deuotas: et nonnullis horis libros aliquos reuoluēdo: eo modo quo eos itelligere poterat seculū solus: tādē vero: ut quidam referūt: facta est ei reuelatio: et illuminatus a deo artē istā cōposuit: vel forte proprio ingenio hō ille cogitatus in hac deuenit imaginationē: ut videretur ei totū exercitiū scholasticorum: siue in philosophia naturali et morali: siue in theologia et medicina: atque in utroque iure canonico et civili: posse ad vnum breue cōpediū reduci: ut non oportet esse hominibus tāta boni tēporis iactura tātoque pecuniarū dispēdio: quāto videmus fieri in hoc cōi et consueto modo acquirendi scientias in omnibus facultatibus sapientum.

Secundo est aduertendum. quod ad reducendum omnes facultates et scientias ad vnum communem epilogum: opus est vti vocabus communissimis: sub de quibus omnia que sunt in mundo comprehendantur: ideo iste Raymundus ad principijs inuenit et de nouo imposuit vocabula quedam transcendētia: non quidem qua-
lia Aristoteles declarauit in quarto et in quinto libris sue Methaphysice: nam illa omnia sunt transcendētia formaliter: ut supra in questione secunda huius opusculi notauimus: sed vocabula omnia Raymundi sunt transcendētia materialiter et vniuoca. i. quorum quodlibet pro omnibus rebus mundi vniuoce acci

Questio sexta methaphysica

platur: et posuit eas bis nonem. i. nouem absoluta et totidem relativa. Absoluta: idest non relativa: sunt hec. bonitas: magnitudo: duratio: potestas: sapientia: voluntas: virtus: veritas: gloria. Relativa nomina vel principia sunt: differentia: concordantia: contrarietas: principium: medium: finis: maioritas: minoritas: equalitas. Ad hec decem et octo principia reducit omnia vocabula omnium scientiarum. Insuper et omnia entia mundi his nouem dictionibus recolligit: deus. angelus. celum. homo: imaginatiua: sensitua: vegetatiua. elementatiua. et instrumentatiua: hec nouem genera vocat nouem subiecta. et de illis philosophatur per illa decem et octo principia. i. respondens ad omnes questiones que fieri possunt de deo et de creaturis: Omnes etiam questiones ad has nouem reducit. vtrum. quid. de quo. quare. quantum. quale. quando. vbi. quomodo vel cum quo.

Tertium
de arte
illa.

Tertio est aduertendum quod meo iudicio Raymundus ille per artem suam voluit dialecticam methaphysice commiscere. nam has duas Aristoteles in primo libro posteriorum vocat scientias communes: hoc itaque generali artificio ac communissimo ab eo edito: putauit quod posset quilibet ingeniosus facillime et in promptu respondere ad omnem questionem sibi propositam: atque arguere ad omne propositum problema secundum vtramque partem: sola terminorum expositione pre-supposita: quia vt ipse opinatur: in hoc solo compendio includuntur omnia predicamenta

b	c	d	e
bonitas	magnitudo	duratio	potestas
differentia	concordantia	contrarietas	principium
deus	angelus	celum	homo
iusticia	prudencia	fortitudo	temperantia
auaritia	gula	luxuria	superbia
vtrum	quid	de quo	quare

Huius tabule longitudinem appellat nouem cameras: sed latitudinis diuisionem descendendo vocat septem columnas: quarum suprema alphabetica ponitur ad abreuanda principia: quorum vocabula non possent capi in figuris: ideo singulis literis ea commemorat: et incipitur a litera. b. quia primum nomen est bonitas. deinde vero procedit per ordinem literarum: sed primam literam. a. facit esse nomen prime figure: habet. n. modum astrologorum: qui per nomibus signorum et pla-

De arte Raymundi Lulij.

ta et omnia transcendentia Aristotelica: omnes regule syllogismorum et consequentiarum: omnia instrumenta artis dialectice cum omnibus regulis priorum: posteriorum: et topicorum. hac arte dissolventur omnes questiones scibiles: omnia problemata dialectica: omnes denique conclusiones metaphysice Aristotelis et aliorum sapientum omnium. Ad hoc itaque tam generale artificium ipse Raymundus: ut diximus: excogitavit illa principia: id est vocabula communissima: que licet adinvicem omnia sint convertibilia: et omnes res mundi significantia: non tamen sunt synonyma: sed habent diversas rationes significandi easdem res. Bonitas enim denotat cuiuslibet rei perfectionem seu integritatem que est appetibilis naturaliter. unde quilibet res mundi est bonitas. Magnitudo vero dicitur cuiuslibet rei mensura et limitatio: que nihil aliud est quam ipsamet res. Similiter duratio est omnis rei permanentia vel ipsamet res permanens. Eodem modo est intelligendum de alijs principijs et de rationibus eorum. ex quibus: ad omnia scibilia omnium scientiarum applicatis: dat modum arguendi et respondendi in omni materia proposita: non solum accipiendo unumquodque principium seorsum: sed etiam permiscendo ea adinvicem. et multiplicando questiones et responsiones. Hanc principiorum mixtionem Raymundus declarat in quibusdam figuris tum circularibus: tum et angularibus. Sed earum omnium summa est hec tabula.

f	g	b	i	k
sapientia	voluntas	virtus	veritas	gloria
medium	finis	maioritas	equalitas	minoritas
imaginativa	sensitiva	vegetativa	elementativa	instrumentativa
fides	spes	charitas	patientia	pietas
accidia	invidia	ira	mendacium	inconstantia
quantum	quale	quando	ubi	quomodo

netarum utuntur quibusdam characteribus: sed de his satis.

Quantum ad secundum articulum sit hec prima conclusio. Quamvis doctrina Raymundi Lulij quaedam vera ac subtilia contineat: ipsa tamen ex modo tradendi seu docendi videtur esse inepta et despicienda. Hanc conclusionem expresse ponit Joannes Bersonus cancellarius Parisiensis in opusculo de examinatione doctrinarum: cuius prima consideratio est: quod in examinatione alicuius doctrine imprimis est aspi-

¶ Nota conclusio

Questio sexta methaphysica

ciendum si ipsa sit conformis sacre scripture tam in substantia doctrine q̄ in modo tradendi eam. Ratio huius est: quia sacra scriptura biblie est prima regula et mensura omnis bone doctrine: ergo illa doctriua que sacre scripture dissona et difformis est t̄ in materia q̄ in forma tractandi: est habenda tanq̄ falsa: aut saltē inutilis et despiciēda. Et declarās ibi specialiter de difformitate doctrine in modo tradendi eam: ponit exemplum de doctrina Raymundi Lulij dicēs. Habet qdē Lulius modum tradēdi specialē secundum certa nōia: characteres et figuras: extra modum sacre scripture et sanctorū doctorum: p̄pterea hic placet inserere hoc vnū institutum sacre facultatis theologie nostris temporibus. Narbilus editū: quo statuto prohibetur omnib̄s scholasticis: ne derelinquentes modum doctrinalem sanctorum doctorum per ecclesiam approbatorum: et qui hactenus habitus est in hac vn̄uersitate: transirent ad nouam hanc phantasiandi curiositatē: hec ille. unde patet veritas conclusionis: q̄ etiam confirmatur hac ratione. Omnis doctrina q̄ adducit difficultates nō necessarias in schola philosophica: est a veris et bonis philosophis reijcienda ac despicienda: huiusmodi est ars Raymundi predicta. q̄ ipsa est inepta et tanquam inutilis despicienda proculq̄ pellenda a schola vere et bone philosophie: consequentia est notissima: et maior huius rationis sumpta ex Aristotele in primo libro sue methaphysice: vbi prima omnium rationum quam format contra Ideas platonicas est hec: q̄ Plato ponens ideas: adauget plurimas difficultates non necessarias in bona philosophia: nam sine eis potest satis bene et sufficienter haberi scientia de rebus totius mūdi. Consonat etiā Tullius in sua rhetorica dicens: in schola vere philosophie summe cauendum esse a questionibus nimium difficilibus et parum vtilibus: hoc enim esset contra dictamen rationis naturalis. s. multum fatigari pro nullo aut paruo bono acquirēdo. Et hec ratio etiam est potissima atq̄ efficacissima contra reales qui docent naturas cōmunes: relationes reales: et alias plurimas entitates superfluas: sine quibus tota bona philosophia potest recte intelligi: et ponentes eas ingerunt quasdam q̄stiones valde difficiles et vix explicabiles. maior ergo huius rationis est verissima et recte rationi consona. Adinor Vo de arte Raymundi clarissime probatur: q̄ ipsa adducens noua quedam principia: noua vocabula: et figuras difficillimas ad capiendum et memorandum (vt expresse patet in tertia et quarta figuris eius) ingerit multas et magnas questiones nimium curiosas: et vix accessibiles: et certissimum est q̄ omnes boni philosophi et veri sapientes: sine his imaginationib̄ ante Raymundum istum optime et scientificè omnes bonas doctrinas siue humanas siue diuinas et didicerunt et docuerunt: et hoc continue faciunt etiā post Raymundū: q̄ ars ista isteq̄ modus docēdi valde extraneus a cōi modo aliorū doctorū est penitus abijciendus a schola vere sapientie ratione predicta.

Secda conclusio. Et Secunda conclusio iit hec. Per principia artis Raymundi Lulij nulla sciētia de reb̄ acquiri pōt hōibus: sed tantum inanis et confusa quedam earū cognitio. Probatio huius clarissima est ratio illa q̄ in principio q̄stionis posita est ad partem negatiuā: q̄ vt Aristoteles dicit in p̄mo li. poster. demonstratio p̄ quā acquiri scien

Beate Raymundi Lulij

tia: debet procedere ex proprijs principijs illius doctrine ad quam pertinet conclusio demonstranda: et declarat ex proprijs. i. non extraneis principijs alterius scientie. ex proprijs. i. non ex cõibus: et propterea per artem dialecticam non acquiritur scientia: quia illa in suis rationibus procedit ex cõibus. et in primo libro. de anima dicit: quod rationes et diffinitiones facte ex communibus: logice sunt et vane omnes. i. sine scientia. constat autem quod ars Raymundi procedit ex valde cõibus principijs: et quod ad omnes res mundi uniuerse se extendunt. ergo per eam non acquiritur in nobis vlla scientia: sed fragilis et vana quedam rerum cognitio. Et confirmatur exemplo de quadratura circuli: de qua Aristoteles dicit in predicamentis: quod ipsa scibilis est per demonstrationem: sed adhuc scientia eius nondum inuenta est. et in primo physicoz reprehendit errores eorum qui voluerunt eam demonstrare et non potuerunt. vnus autem ex illis erroribus fuit: eorum qui per cõia procedebant: de quo errore in primo libro. posteriorum ait: quod arguebant sic: ubicumque est dare maius et minus ibi est dare equale: sed datur quadratum maius circulo. scilicet ille intra quem circulus descriptus est: et rursus datur quadratum minus circulo. scilicet quod intra circulum descriptum est: quod datur quadratum equale circulo. Hac inquam ratione non demonstratur quadratura circuli: quia loquitur valde generaliter et confuse: nec specialiter declarat quis et quantus quadratus sit ille qui adequatur circulo dato: quod est necessarium ad probandam scientifice circuli quadraturam. Ergo ad habendam scientiam veram et probe dictam de rebus non sufficiunt hec generalia et confusa principia aut precepta artis Raymundi: vacua igitur et inania sunt et nullius scientie contentatiua. Confirmatur adhuc ex doctrina Aristotelis et suorum commentatorum in prehemio physicoz: ubi agitur de ordine humane cognitionis: quia a principio homines habent imperfectam cognitionem de rebus: et deinde paulatim proficientes procedunt donec perueniant ad perfectam rerum noticiam: quod autem sit imperfecta et quod perfecta cognitio alicuius rei: statim declarat ibidem: quia noticia vniuersalis et confusa est imperfecta: et illa est prima in nobis: sed noticia specialis et distincta perfecta et vltima. ideo ait. sunt autem primum nobis manifesta et nota confusa magis: vnde ab vniuersalibus in singularia oportet nos procedere: scilicet ad similitudinem nature: que in suis operibus ab imperfectis ad perfecta procedit: ita et intellectus humanus in sua cognitione: vt experientia comprobatur: quia pueri quando incipiunt alios homines cognoscere: prius habent noticiam confusam et imperfectam de eis: et inde est quod primo vocant omnes viros patres: et omnes feminas matres: postea vero determinant et discernunt patrem a non patre: et matrem a non matre: quia habent noticiam perfectiorem. id est magis determinatam atque distinctam. Quare doctrina siue ars Raymundi Lulij in solis principijs cõmissis et confusis consistens: imperfecta est: ex parte vnde scientie quod est noticia perfecta. Hunc etiam ordinem in cuiuslibet artis scientia inuenimus. nam ipsa primum ponit principia vniuersalia: dignitates: et suppositiues: sed quia per illas non habetur perfecta rerum (de quibus agit) noticia: non sistit in principijs: sed ulterius procedit ad conclusiones quod magis in specie de rebus illis enunciat. scilicet vt habeat perfecta earum cognitio. Sed scio quod ad hec omnia quod in probatione huius conclusionis scilicet adducta sunt: precipue ad hanc vltimam rationem d' ordine procedendi in doctrinis

Questio sexta methaphysica

a p̄ncipijs cōibns ad conclusiones speciales: responderet faciliter hui⁹ artis Raymundi sectator: dicēs q̄ idem modus seruatur in arte ista: nam illa p̄ncipiavniuersalia applicatur ad pp̄rias materias speciales in qualibz q̄stione disputabili. ⁊ ita acquiritur vera sciētia per artem Raymundi. Hec tamen responsio non facit satis ad hoc dubiū: primo: q̄a p̄ncipia communia ex quibus in qualibz sciētiaproceditur ad conclusiones probandas: sunt formata ex pp̄rijs terminis illius scientie: non autem ex transcendentibus confusissimis: qualia sunt p̄ncipia in arte Raymundi: q̄ Aristoteles vocat dialectica: nam ex talibus non acquiritur v̄a scientia: sed confusa opinio. Secundo: quia vera sciētia de reb⁹ non habetur sine applicatione ad pp̄rias materias singularū q̄stionum. hec aut applicatio sufficiēter habetur per istum modū quē habēt nostri autores in suis doctrinis: ergo superfluous ⁊ inutilis est modus Raymundi: quo prius ascēditur ad cōfusa ⁊ valde cōfusa: vt postea descēdat ad propriat ⁊ distincta singularū sciētiarū ad habendā sciētiam distinctam ⁊ perfectam de rebus: nonne melius erat statim a p̄ncipio querere pp̄ria ⁊ specialia p̄ncipia singularū sciētiarū: vt omnes veri sapiētes faciūt: ⁊ non prius vagari per confusa transcendentia cum magno phantasie labore atq̄ cerebri vertigine vt Raymund⁹ facit. Adhuc q̄ro ab eo vel p̄fecta illa noticia rerum (que non habetur nisi per pp̄ria in qualibet materia scibili) p̄t haberi per solam artē Raymundi: vel p̄ter ea requirit q̄ homo inquirat p̄opa singularum sciētiarum: si dederit secundū: habeo q̄ superfluit ars ista Raymundi: ex quo sine ea autores inquirunt pp̄ria singularū scientiarum: nec p̄t dari p̄mum: q̄a p̄ istā artē solum habent homines noticias vniuersalissimas ⁊ valde confusas de rebus quas alie sciētie cōsiderant per p̄opa ⁊ magis in specie. Datet ḡ veritas secūde conclusionis: sed pro clarioze eius intelligentia additur

Scda
conclusio.

Tertia conclusio. Raymundus Lulij falso iactat se per artem suam posse respondere ad quamlibet q̄stionem: scito prius quid per terminos eius importetur. Probatur clarissime: si ipse intelligat de responsione scientifica ⁊ demonstratiua: alias inutilis ⁊ vana esset sua p̄missio: dicente Aristotele in primo lib. de anima: q̄ communes responsiones ⁊ logice vane sunt omnes: sola ergo responsio demonstratiua est solida ⁊ vera. hanc Raymundus per artē suam in multis q̄stionibus dare non posset. patet clarissime in mathematicis. nam q̄stio illa arithmetica: vtrū oīs numerus sit medietas duoz circum se positorum altrīnsecus numeroz: per equales ab eo distantias. vel ista. vtrū ex ducti numeri cubi in cubū semper resultet tertius numerus cubus: ⁊ ita de alijs multis in arithmetica. Propono alias que stiones geometricas: vtrū tres anguli trianguli valent semper duos angulos rectos. vtrū sit dabilis quadratus equalis dato circulo. vtrū quadratum: cuius costa est linea media in p̄portione inter latera inequalia quadranguli altera parte longioris: sit equale eidem quadrangulo. vtrū diameter quadrati sit cōmēsurabilis coste sue: ⁊ ita de alijs plurimis in geometria. Item in musica: p̄pter qd thonus non potest habere integrū ⁊ p̄fectum semitonum. i. veram medietatem. Similis q̄stio fieret de consonantijs diatesseron: diapente: ⁊ diapason: quare non

De arte Raymundi Lulij

sunt dimidiabiles. Insuper in perspectiua: quare radij solares per angularia vel oblonga foramina transeuntes: in pavimento ecclesie vel alterius magne domus apparent circuli perfecti. quare in speculo concauo eiusdem rei plures apparent similes imagines: et earum quedam apparent in ipso speculo: alie ultra ipsum: alie de niq̄ citra speculum. i. in aere medio inter oculum et speculum. quare in eisdem speculis et non in alijs ex concursu radiorum solarium potest ignis generari. Demum in astronomia: vtrum sit possibile alicubi terrarum verum equinoctium: vtrum sole semper existente in principijs quatuor signorum cardinalium: sint precise equinoctia et solsticia. quare dies naturales non sunt omnes sibiipsis equales: et ita de multis alijs questionibus: ad quas Raymundus non posset demonstratiue respondere per sua generalia principia: que sunt bonitas: magnitudo: duratio: et cetera. Nam demonstrationes ille fieri non possunt per communia: sed solum per propria principia illarum scientiarum ad quas pertinent ille questiones. Nullus enim homo est tam aliene mentis: vt putet per illa communissima principia posse vllam conclusionem alicuius scientie demonstrari: nisi forte ille qui naturam demonstrationis et vere scientie ignorat. Concludamus ergo quod per artem istam Raymundi Lulij nemo potest aliquid scientificè cognoscere: sed solum quasdam generales et confusas noticias habere de rebus: que hominibus vere doctis non faciunt satis: sed solis eis qui nihil resolute sciunt: et confusione sunt contenti. Quare ad titulum huius nostre questionis respondentes: teneamus partem eius negatiuam: et ita concedimus rationem pro illa parte factam. Ad rationem vero partis affirmatiue nego quod doctrina illa sit dicenda methaphysica: id est scientia de transcendentibus. nam vt probauimus in questione secunda huius: illa transcendentia Aristotelica: et ista Luliana non eadem sunt sed valde differunt: illa enim sunt equiuoca: et que se extendant ad plura predicamenta: atq̄ ad plures scientias. hec autem vniuoca sunt: et vnumquodq̄ eorum quamuis materialiter sit transcendens: tamen formaliter est dicibile limitatum: vnius tantum predicamenti modum significandi habens. vnde huius artis Raymundi Lulij communitas est magis logica et sermocionalis: quam methaphysica et realis. Assimilatur enim arti dialectice quam Aristoteles tradidit in octo libris topicorum: nam de illa dicit ipse: quod est generalis et confusa: non determinatorum principiorum: nec generis alicuius vnius: sed ad omnium methodorum. i. scientiarum principia viam habens: et quod transcendit a genere in genus: hoc et nihil aliud potest exhibere ars ista Raymundi. Quare post artem dialecticam ab Aristotele traditam: non fuit necessaria alia ars ei similis. et per vocabula ignota atq̄ confusa: que est ista Luliana.

Quantum ad tertium articulum dubitatur primo: vtrum permixtio artis dialectice Aristotelis cum arte Raymundi Lulij quam aliqui facere conati sunt: sit laudanda et utilis censenda apud viros scholasticos per disputationibus exercendis tam in dubium philosophia quam in theologia. Solutio est negatiua. probatio est clara ex predictis: si enim ars ista Raymundi est tota plena confusione: vt ostendimus: permiscere ei

Questio sexta methaphysica

artē dialecticam Aristotelis: quid aliud erit q̄ doctrinam Aristotelis totā inuol-
uere atq; confusam facere: hoc autem nō est vtile: sed potius nociuū ⁊ p̄nciosum.
ergo solutio negatiua est vera. **¶** Pro cuius explicatione cōmemoranda est phāta
sia cuiusdam Ferdinandi Cordubensis: qui in Rome claruit familiaris pape: ⁊ quā
Fernandus esset doctissimus in logica Aristotelis: tamen voluit adhuc artem Raymun-
d^o Cordi discere: atq; in ea ingenij sui vires exercere: sed cognoscens illam nō esse nisi quā
duben- dam dialecticam: licet vniuersaliorē dialectica Aristotelis: decreuit igitur p̄ artē
sis. Raymundi amplificare dialecticā Aristotelis. s. permiscendo instrumenta artis
dialectice p̄ncipijs artis Luliane. Sed ad occultandam astuciam suam: nomina
p̄ncipiorū Raymundi mutauit: ⁊ loco bonitatis posuit perfectionem: ⁊ p̄ ma-
gnitudine quantitātē: deinde permanentiam: possibilitatē: inclinationem: appe-
petitum. ⁊c. Ex quatuor etiam instrumētis: que Aristoteles enumerauit in p̄mo
libro topicorū: duo p̄cipua exercet: q̄ sunt: differentiarum inuentio: ⁊ similitudi-
nū cōsideratio. Ait ergo magister ille. omnis propō quam probare vel improba-
re volumus: vel est affirmatiua vel est negatiua: ad affirmatiuam procedendū est
per similitudines: ad negatiuam per differentias inter subiectum ⁊ p̄dicatū p̄pō-
nis: ⁊ tot argumenta formare possumus ad quālibet p̄pōnem. quot conuenien-
tias aut differentias inuenire poterimus inter eius terminos: hoc ita dicit Aristo-
teles: sed inuentiones multarū similitudinū ⁊ multarū differentiarum: dicit ille
Fernandus q̄ optime haberi poterunt discurrendo per illa decē ⁊ octo p̄ncipia
artis Raymundi: ⁊ hoc vel accipiendo vnūquodq; p̄ncipiorū seorsum: vel com-
binando p̄ncipia adinuicem. Hac igitur arte formari poterūt innumera argu-
menta ad quālibet conclusionem probandam vel improbandā. Et occultando
vocabula Raymundi: tota disputatio fieret per vocabula consueta inter sapiētes:
hoc etiam modo ve ille dicit: abbreviabitur tota ars Raymundi: ⁊ ad pauca redu-
cetur p̄ncipia: exclusis quatuor eius signis cū nouem subiectis ⁊ totidē questio-
nibus: ⁊ simul ampliabitur ars dialectica Aristotelis. Ut autem ea q̄ dixerat ma-
gister iste planiora fiant: adducit exemplum hui⁹ negatiue propōnis: deus nō est
corpus: quia modus iste suus facilius exerceri pōt in negatiuis p̄pōnibus q̄ in af-
firmatiuis. Ait. n. Aristoteles in sexto lib. topicorum: q̄ facilius est destruere q̄ cō-
struere. ⁊ logici dicunt q̄ negatiua p̄pō plures habet causas veritatis q̄ affirma-
tiua. Insuper ⁊ differentiarū inuentio est vtilior ad arguendum ⁊ impugnandum
q̄ similitudinū cōsideratio. q̄ sustinentes communiter ponūt conclusiones affir-
matiuas: quare arguentes volūt eis p̄bare negatiuas. Ad probandā ergo hanc
negatiuam: deus non est corpus: dicit ille inueniendas esse differentias per p̄nci-
pia artis. s. accipiendo p̄mo perfectiones dei q̄ nō conueniunt corpori: aut perfe-
ctiones corporis q̄ non conueniunt deo. puta perfectio dei est infinitudo: ⁊ p̄fectio
corporis est trina dimensio: ergo ex prima differentia fieret hoc argumentum: nul-
lum corpus est infinitū: sed deus est infinitus: ergo deus non est co:pus: ex altera
sic argueretur: omne corpus extenditur trib⁹ dimensionib⁹. sed deus nō est dimē-
sionibus extensus: ergo deus non est corpus. ⁊ hoc modo possent dari plures alie

¶ Pra-
ctica
eius

De arte Raymundi Lulij.

perfectiones dei quibus differt a corpore: et perfectiones corporis differenter a deo: et sic formarentur plura argumenta ad probandam dictam conclusionem ex primo principio seorsum accepto. Deinde ex secundo principio quod est quantitas vel magnitudo: possent accipi differentie magnitudinum dei et corporis. et tertio ex permanentia differentie dei et corporis. et sic de quolibet aliorum principiorum seorsum accepto. Consequenter vero permiscendo principia. ut perfectionem magnitudinis: perfectionem permanentie. et. vel magnitudinem permanentie: sapientie: veritatis. et. nam ex qualibet huius combinatione possent haberi multe differentie inter deum et corpus: et sic fierent multa argumenta ad eandem conclusionem probandam. hec ille magister in sententia. Adhibi autem hec imaginatio non placet: utpote quia **Repro** super arenam vanitatis atque confusionis Luliane tota fundata est. nam omnia il- **batio.** la argumenta ad conclusionem illam facta: in idem concidunt secundum rem: nec aliud probant centum argumenta quam unum solum: cum omnia illa decem et octo principia sint conuertibilia inter se: et pro eodem supponant. eadem enim res est perfectio que et quantitas et permanentia: et quodlibet aliorum principiorum. scilicet essentia et natura cuiuslibet rei in toto mundo. et respondens contra quem huiusmodi argumenta fierent: unica solutione ea omnia euacuaret: quia unum et idem est quod illa omnia nituntur probare. Item differentiarum inuentio clarius et certius fieri potest per Aristotelica predicamenta omnibus notissima: quam per illa transcendentia ficta et inusitata. Tertio quia ars dialectica ab Aristotele tradita satis latissima est et valde diffusa: quam et ipse dicit inquisitivam plurimum argumentorum ad omnem questionem disputandam. omnia. n. problemata reducit ipse ad quatuor genera: que sunt: accidens: genus: proprium: et definitio: et in quolibet eorum procedit per varios locos. scilicet intrinsecos: extrinsecos: et medios: cum plurimis speciebus eorum. ut a substantia a concomitantibus substantiam: a causa: ab effectu: a toto: a partibus: et ita de plurimis alijs. Cui ergo hec ars dialectica multiplicativa mediorum non videtur sufficere: vanus est et curiosus novitatum amator.

Et Secundo dubitari potest de arte sophisticam nominalium. utrum sit utilis et accō **Secōm** moda ad vere philosophandum de rebus humanis pariter et divinis. Solutio est **dubiū** negativa. probatio clara est: quia nec prodest ad intelligentiam sacre scripture: aut san- **de arte** ctoꝝ doctoꝝ ecclesie: nec physice: ethice: aut methaphysice Aristote. neque ad med- **sophisti** cinam Hippocratis: Galeni: Avicenne: aut aliorum. Denique ipsa est alienissima ab **ca** omni iure canonico et civili. ad quid ergo ipsa erit utilis: nisi forte ad exercenda ingenia puerorum: sed hoc exercitium magis utiliter fiet in logicis ac rhetoricis regulis Aristotelis ac aliorum: quibus veniunt omnes sapientes in suis facultatibus. nunquam autem sophisticis regulis syncathegorematur: immo omnes sapientes ridet et ludibrio habet sophisticas: ut de Socrate dicit. vana. n. est omnis disciplina sermocionalis: que non prodest ad superiores scientias reales sapientum. Unde Aristoteles artes sermocionales adminiculativas et ancillas aliarum scientiarum appellavit in problemio sue methaphysice. Si ergo sit aliqua sermocionalis que in nullo deseruiat superioribus scientijs: expedienda atque eicienda est a domo sapientie.

Questio sexta methaphysica

in qua habitant omnes vere et bone scientie. Ad huius veritatis confirmationem facit quod Aristoteles ait in fine sexti libri methaphysice: ubi loquitur de ente rationis: quod est obiectum sermocionalis scientie: ait enim quod ens rationis a consideratione methaphysice reijciendum est: sicut et ens per accidens. scilicet casuale et fortuitum: et ratio sua est: quia neutrum eorum habent certam et firmam veritatem in seipso: ut possit eius esse vera scientia. Super quo sanctus Thomas in suo commentario dicit: quod scire proprietates sermonis de se non est aliquid magnum et dignum viro sapiente: nisi forte quatenus hoc ordinetur ad aliquid aliud. id est ad superiores scientias que scrutantur rerum naturas. Ex quo manifeste sequitur quod in scientiis sermocionalibus nihil tradendum est: nisi quod possit esse utile et deseruiens ad scientias reales. Et quia ars sophistica fere nihil confert ad scientias reales sapientum: merito reijcienda est a schola artium liberalium: tanquam inutilis ad bene philosophandum. Nec valet ratio eorum qui dicunt eam esse utilem ad exercitium ingeniorum: quia sunt quedam alia utiliora exercitia quam ista in bona logica: ut ars dialectica et demonstrativa. Huic simile ponit diuus Augustinus de gramatica in secundo libro suarum confessionum: nam reprehendit preceptores eius: qui ad exercitium ingeniorum in bonis vocabulis lingue latine: tradiderunt iuuenibus libros impudicos. et dat exemplum in Eunuchis Terentij. Idem et nos dicimus de arte sophistica: que tota innititur signis syncathegoreumaticis: exclusiuis: exceptiuis: reduplicatiuis et alijs huiusmodi. de quibus graues auctores parum curant in suis scientiis. ideo hec summis ut arant labris: sunt degustanda: non autem bibenda. Nam et de Christo amara potione irriso in cruce a militibus dicitur Joannis. xix. Et quum gustasset noluit bibere. etc.

Tertium
dubium
de arte
pytha-
gorica.

Tertio dubitatur de arte Pythagorica: que per numeros et figuras mathematicas philosophatur de vniuersis rebus mundi: siue humanis siue diuinis: utrum sit utilis et acceptanda in schola vere et bone philosophie. Solutio similis est negatiua: que probatur primo autoritate Aristotelis: qui in primo libro. siue methaphysice eam irrisit: et sua disputatione Pythagoreorum phantasia inanem et futilem esse declarauit. et in primo libro. de anima: Platonem secte Pythagorice imitatore reprehendit in eo quod dixerat animam esse numerum seipsum mouentem: et item quod anima est circulus: qui etiam diuidatur in octo circulos secundum numerum spherarum celestium stellas habentium: et in alijs locis pluribus hanc sectam redarguit. Secundo hoc idem probatur eiusdem Aristotelis ratione: quod bonus philosophus minus esse debet ut veritatem sibi notam alijs concelet et declaret: non autem celet vel obumbrat. Debet ergo loqui clare ac distincte per vocabula propria rerum atque compta et usitata inter homines: non autem per fictiones poeticas aut alias similes: que non decet graues veritatis philosophice professores: vnde in. vi. libro. topicorum dantur definitiones datas per methaphoras: que veritatem obumbrant. et definitio omnis declaratiouis gratia dari solet. At in rebus naturalibus atque humanis ubi veritas clare et proprie doceri potest: viciu docetis esset si vellet eam obumbrare methaphoris aliarum rerum aut fictionibus poeticis. In doctrina autem Pythagorica omnia physica et moralia docentur sub methaphoris numerorum: punctorum: linearum: et figurarum: que comiter hominibus minus note sunt quam res
ipse

Questionis sexte finis.

ipse naturales aut morales: de quibus per illas imaginationes loqui intendit: & ille
modus docendi cōiter ineptus est in schola philosophica. Et hac rōne ipse Aristote-
les in sua doctrina fere semper usus est vocabulis proprijs & cōsuetis illarū rerū de
quibus loqui voluit. Nec placuit sibi modus Pythagorice q̄ multū imitari voluit ima-
ginationes pythagoricas. quare eū in multis locis sue philosophiæ reprobendit: nō
tantū propter substantiā dictorū suorū: quantum propter modū dicēdi mathematicum.
Ad materiā. n. rerū naturalium vocabat magnū & parū: ut patet in primo physicorū.
Prima etiā p̄ncipia rerū naturalium ponebat superficies triangulares: ut patet in p̄-
mo de ge. & cor. In anima humana ponebat nūeros & circulos: & ita in alijs mul-
tis locis: nonne melius dicitur q̄ anima nostra est vna essentia spiritalis habēs in
se plures potētias ad exercēdas varias operationes vite: q̄ dicere q̄ anima ē nu-
merus seipsam mouens: quous utrobique eadē sit sentētia. Similiter melius dicitur
q̄ intellectus humanus ex noticia quā accipit de alijs reb⁹ extra se: reflectitur ad co-
gnoscēdū seipsum: q̄ dicere q̄ ipse est quidā circulus diuisus in plures alios cir-
culos. &c. Adhuc clarius dicitur q̄ materia rerū naturalium est basis seu fundamen-
tum receptiuum omnium formarū: q̄ dicere eā esse octonarium primū numerū cu-
bicozum: vel q̄ est cub⁹ geometric⁹: & ita de alijs multis huiusmodi methapho-
ricis locutionib⁹. Aduertēdū tñ q̄ hec mea respōsio ē vera: p̄cipue in sciētijis hūa-
nis & in schola philosophorū de reb⁹ naturalib⁹ & hūanis: quia in eis fere semper me-
lius ē q̄ de reb⁹ fiat sermo p̄p̄us & p̄ vocabula p̄suetā inter hōies: q̄ uti metapho-
ris mathematicis: aut fictionibus poeticis: sec⁹ autē in theologia & in doctrina dei
hōibus reuelata de reb⁹ spūalib⁹ & nobis occultissimis: nā sacra scriptura tam no-
uī q̄ veteris testamētī: fere semper loquitur in p̄bolicis & methaphorice: quia res ille nō
possunt ita clare & p̄p̄e doceri: quū sint a sensib⁹ nostris remotissime: ideo Diony-
sius in lib: de di. no. ait q̄ impossibile est nobis aliter elucere diuinū radiū: nisi sa-
cris methaphorīs circumuelatū. Diuinū radiū vocat doctrinā dei reuelatā de re-
bus spūalibus & diuinis: velamina vocat parabolas & methaphoras aut similitu-
dines rerū corporalium: quibus utitur sacra illa doctrina: sed in illis omnibus vix
aut rarissime inuenies methaphoras mathematicas: quales erāt Pythagorice
& Platonice: quare ille nihil aut perparum valēt: non solū ad philosophiam: sed
neq; ad theologiā: quous Aristoteles aliquando: & id quidem raro: post bene decla-
ratam aliquā sententiā adducit methaphorā mathematicā: ut in. viij: methaphy-
sice: dicit q̄ essentia rerum sunt sicut numeri: & in secūdo libro de anima loquens
de potētijis anime ait: q̄ sicut trigonū in tetragono: ita vegetatiuū in sensitiuo: &
de p̄fecto virtuosō dicit in primo ethicorū li. q̄ est sicut quadratū sine vituperio: q̄
est corpus cubicū. Augustinus etiam nonnunquā in exponendis sacris scripturis fa-
cit magnā vim in numeris: ex quibus detegit magna dei sacramenta: ut Joānis
ultimo de illis centū quingūaginta & tribus magnis piscib⁹ in piscatura Petri
& Joānis: sed hec sunt rarissima. **Hec de questione.**

Questio septima cosmographa de loco paradisi terrestri.

Trum paradisi ille: quem deus plantauit a principio: consitus fuerit in aliquo loco terre nunc habitate ab hominibus. Ad partem negatiuam huius problematis faciunt autoritates quorundam sanctorum doctorum ecclesie post Hebreos: scilicet Isidori: Bede: et aliorum: qui decernunt paradysum terrestrem situm esse in extrema parte terre ad orientem: et interiecto mari separatum ab hominum habitatione: in altissimo quodam monte qui pertingit vsq; ad luuarem circulum. In parte vero affirmatiua facere videtur sacra scriptura genesis secundo: ubi secundum literam hebraicam dicitur: quod plantauit deus paradysum in Eden ab oriente: sed Eden est locus terre nunc habitate ab hominibus: de quo Ezechielis vigesimo septimo dicitur: contra Tyrum: mercatores Eden et Caran ad te venient. etc. Caran autem est locus ille ubi mortuus est Thare pater Abraham vt legit genesis. xi. g. paradysus consitus in Eden iuxta Caran fuit in loco nunc habitato ab hominibus.

In hac questione erunt tres articuli principales. Primus ponet notabilia. Secundus addet conclusiones. Tertius subiunget dubia.

Primum de
vocabulo

Quantum ad primum articulum est primo sciendum quod in hebraice et paradysus grece sunt idem quod hortus vel pomarium latine. Greci enim omnes hortos paradisos vocant: Unde apud autores eorum habetur celebris memoria de paradiso: idest horto regis Assueri vel Artaxerxis. Sed sacra scriptura loquens specialiter de paradiso illo: quem deus a principio mundi plantauit pro habitatione primi hominis Adam: dicit quod in eo erat omne lignum pulchrum visu et suauitate ad vescendum siue ad gustum: et preter ligna communia notat ibi duo precipua: scilicet lignum vite et lignum scientie. Et credibile est ibi fuisse plurimas herbas aromaticas: medicinales. Item flores: rosas: violas: lilia: cetera. quatenus ex his omnibus hortus ille fieret amenissimus et valde conueniens locus habitationi humane ex summa temperie aeris. Quare ad hunc sensum nostra editio latina habet: quod plantauit paradysum voluptatis: Greca autem in voluptate: nam dictio hebraica Eden: quamuis sit proprium nomen loci vel regionis: voluptas interpretatur: quod regio illa sit valde deliciosa in Mesopotamia Syrie: que media est inter duos flumines Tygrum et Euphratem.

Secundum
de opinionibus
primis

Secundo est notandum: quod diuus Augustinus in octauo libro super Genesim ait: quod de paradiso illo terrestri tres fuerunt apud theologos sententie. Una eorum qui putauerunt verba sacre scripture Genesis secundo: esse tantummodo corporaliter intelligenda. Alia quod solummodo spiritualiter: et tertia quod vtroque simul modo paradysus ille sit intelligendus: quam inquit mihi fateor pla

De paradiso terrestri.

cere sententiam. Quare idem Augustinus in. 13. libro de ciuita. dei: ait. Que cōmo de dici possunt de intelligendo spiritaliter paradiso: nemine prohibente dicantur: dummodo illius hystorie fidelissima veritas rerū gestarū narratione cōmendata credantur. Nec Augustini verba declarans sanctus Thomas in prima parte summe sue theologie: questione. 102: addit quod ea que de paradiso illo in scriptura dicuntur: per modum hystorice narrationis traduntur: et generaliter in omnibus que illo modo scriptura sacra tradit: pro certissimo fundamento est tenenda veritas hystorie: et super illo sensu literali spiruales expositiones sunt fabricande. Nec ille. Ex his ergo sanctorum dictis: duas priores opiniones reijcendas decreuimus: nam primam earum tenent doctores Iudeorum: qui preter hanc literam de creatione paradisi terreni nihil spiruale intelligunt: sed omnia putant de reb⁹ illis corporeis solum esse accipiēda. Secūda opinio fuit aliquoz ex nostris: qui non valentes soluere nodos aliquarum q̄stionum literalium circa hanc hystoriam occurrentium: puta de loco vbi situs fuerat ille hortus: de arbore vite: de arbore sciencie: de quatuor fluuijs ex paradiso egredientibus. et cetera: dixerunt hanc non esse hystoriam rerum gestarum: sed parabolam potius de ecclesia dei: que etiam in canticis Salomonis dicitur hortus conclusus et fons signatus. et cetera. Et forte isti ansam acceperunt ex eo quod in Ecclesiastico. capit. 24. scriptum est: quod sapientia diuina de se loquens ait. ego quasi fluuius aque immense exiui de paradiso. et cetera: et specialiter nominat ibi quatuor illos fluuios: Beon: P̄hyson: Tygrin et Euphratem: que omnia spiritaliter accipiuntur in loco illo. His itaq; duabus extremis opinionibus dimissis: stemus in tertia que media est: dicentes quod illa sacre scripture narratio de paradiso terrestri est vera hystoria rerum gestarum: quamuis per eam spiritaliter possint significari mysteria ecclesie dei siue militantis siue triumphantis: sicut etiam in alijs hystorijs veteris testamenti sancti doctores facere consuerunt exponentes eas ad plures sensus. Nos vero in hoc loco de paradiso terrestri disputantes circa solum sensum literalem illius hystorie versari intendimus. s. de rebus corporeis loquētes. In qua hystoria prima questio literalis sese offert de loco terre: in quo ille hortus fuit a deo plantatus: vtrum in nostra regione habitabili: an forte in alia parte terre hominibus incognita.

Tertio est sciendum quod de solo vel situ paradisi terrestris variant docto. Tertium res ad oppositas partes huius problematis declinantes. Prima est opinio de alijs eorum qui dicunt quod hortus ille adhuc extat cum omnibus arboribus et her. opinio- bis illis quas sacra scriptura dicit fuisse in eo a principio mundi: et q̄ situs est bus. extra totam terram habitata ab hominibus in quocunq; tempore: scilicet ex parte orientis in quodam monte altissimo qui nubes transcendit: adeo vt aque dfluuij ad culmen eius attingere non potuerint. Altera est opinio aliorum dicentium quod hortus siue paradus ille constitus fuit a deo in aliqua parte terre nunc habitate ab hominibus: et quod in solo illo iam non sunt ille arbores atq; herbe preciosissime que fuerant a principio mundi: a deo plantate: nec fuit

Questio septima cosmographa

locus ille immunis ab aquis diluuij vniuersalis: que super ipsum inundauerunt.

Prima opinio. Prime opinionis fundamenta quamuis non appareant in textu aliquo sacre scripture: tamen clare habentur in libris sanctorum doctorum ecclesie. Ait enim diuus Augustinus in octauo libro super genesim ad literam. Credendum est quod locus paradisi illius est a cognitione hominum remotissimus: separatq; a nostra habitatione: adeo quod accessus hominum ad ipsum est prohibitus eis aliquibus impedimentis. vel montium: vel marium: vel alicuius estuose regionis que pertransiri non potest. Et adhuc clarius idem dicit in dialogo ad Orosium discipulum suum: Paradisus in Oriente situs est: et interiecto oceano a nostro orbe longe remotus: in altissimo loco constitutus: pertingens vsq; ad lunarem circulum: vnde illuc aque diluuij non potuerunt peruenire. Eadem fere verba scripsit in decimotertio libro de ciuita. dei. Hinc persuasus noster Isidorus Hispalensis: dicit in decimoquarto libro suarum ethimologiarum: quod paradisi in orientis partibus constitutus est: cuius vocabuli greci interpretatio latina est hortus: et cetera. Beda quoq; de eodem paradiso ait: quod est in monte altissimo: pertingens vsq; ad lunarem circulum. Predicti vero doctores in hac opinione secuti sunt Hebreos: qui putant hortum illum adhuc manere talem qualis erat a principio mundi: et addunt qd in eo continue persuerant cherubim: idest angeli custodientes ipsum: et gladius flammeus atq; versatilis: et alia omnia que scripta sunt in sacra illa historia genesis secundo et tertio. Qui vero secundam tenent opinionem hec omnia negant: dicentes quod paradisi terrestris situs fuit a deo in aliquo loco vel regione nostre habitationis: sed isti non omnes concordant in loco vel solo paradisi: et inueni tres eorum sententias. Dicunt enim quidam eorum locum paradisi esse in Sarmatia Asiatica: scilicet in montibus Armenie maioris: qui et Laspei montes dicuntur: et in quibus arca Noe dicitur sedisse post diluuium. Huius opinionis motuum fuit: quia secundum communes historias: et concordant eis Ptolemeus et Strabus: ex monte Tanco versus Occidentem oriuntur duo fluij Tygris et Euphrates: sed ad ad partem orientis erumpunt alij duo Ganges et Indus: qui vident esse Syon et Pbyson: ita vt Indus fluius sit Pbyson: et Ganges Syon: qui merius sub terra transeat vltra mare Indicum: emergens in Ethiopiam vltra Egyptu: et inde fluens per Egyptum vocatur Nilus fluius. Quia ergo inquit ex montibus illis oriuntur predicti quatuor fluij: sequi putant ibi esse quandam amenissimam syluam inter montes illos: in qua et primi nostri parentes Adam et Eua collocati fuerint: que est paradisi terrestris. Alij vero istorum opinati sunt paradisiu terrestris plantatum fuisse in Mesopotamia Syrie: que ideo sic dicta est Brece: quod media regio sit inter duos fluios Tygrim et Euphratem: est valde fructifera et amena: tota irrigua: plena hortis: vineis: oliuetis. et cetera: que fuit qualitas paradisi terrestris. In ea quoque regione habitauerunt sancti Patriarche post diluuium: Noe: Sem: Nachor: et

De paradiso terrestri.

Abare: et ab eo in palestinam ex mandato dei se transtulit Abrahā. Dicunt ergo isti Tygris et Euphrates duo ex fluminibus paradisi: quāvis a principio ex duobus fontibus orti sint: discurrunt per Syriam et postea ununtur: fiuntque unus fluvius magnus: et ita intercludunt terram illam dictam Mesopotamiam. Qua pertransita discurrens ille fluvius iterum dividitur in quatuor fluvios: de quibus sacra historia genesis. 2. dicit: quod fluvius qui egrediebatur de Eden inde dividebatur in quatuor capita. Syon: et Pison. et duo illorum iterum nominati sunt Tygris et Euphrates. Alii autem duo prius dicti Syon et Pison: nunc habent alia nomina ex discursu temporum et gentium diversarum. Quia ergo Eden est pars Mesopotamie: et ille magnus fluvius antequam dividatur in quatuor irrigat et influit Eden: concludunt isti quod paradisi terrestriis fuit situs a deo in Mesopotamia Syrie. Est demum alia recentior opinio quod locus paradisi illius fuit in Palestina Judea: non longe distans a campo Damasceno: in quo formatus est Adam primus homo. Ratio istorum est: quia divinus Hieronymus asseveranter tenet quod Adam sepultus est in Hebron: que civitas est prope agrum Damascenum: ergo Adam et filii ac nepotes eius ante diluivum morabantur iuxta Hebron: et paradysus terrestriis erat ibi prope locum sue habitationis: quod probant ex verbis sacre scripture genesis. 3. tum quia deus dixit ad Adam quando eiecit eum de paradiso: reverteris in terram de qua assumptus es. id est ad campum Damascenum. tum quia deus posuit cherubim ante paradisum ad custodiendam viam ligni vite: ne forte Adam reverteretur ad paradisum et sumeret de fructu illo et viveret in eternum: ergo signum est quod Adam non longe recesserat a paradiso illo. retinebatur. nam amore loci illius: et spem habebat iterum redeundi ad ipsum: tum denique quia circa finem illius tertii capituli dicitur secundum literam grecam septuaginta interpretum: eiecit deus Adam de paradiso: et statim fecit eum ante paradisum: et posuit cherubim. et cetera. Unde patet quod non solum ex propria voluntate Adam morabatur circa paradisum a quo eiectus fuerat: sed etiam ex mandato dei: ut videns ante se hortum illum continue recordaretur peccati sui: et continue peniteret: iuxta illud psal. 50. Peccatum meum contra me est semper. id est in conspectu meo et coram me: quia continua eius memoria habeo. Adam ergo per totam vitam suam habitavit iuxta Hebron: et ante paradisum terrestrem: et tandem ibi mortuus et sepultus est. Post diluivum autem sancti patriarche Abraham: Isaac: et Jacob ex divina inspiratione continua habitationem habuerunt circa Hebron: et ibi sepulchrum eligerunt in spelunca duplici ei ante faciem Adamre: que vicina est Hebron. genesis. 23. haud dubium quia putabant in loco illo: creatum: moratum: et sepultum fuisse Adam primum patrem omnium hominum. Ergo concludentes isti dicunt valde probabile esse paradisum terrestrem consitum a deo in principio mundi in Palestina illa terra promissionis non longe a civitate Hebron: cui vicinus est ager Damascenus. Hec sufficiant pro primo articulo huius questionis.

Quantum ad secundum articulum respondentes ad questionem ponamus tres conclusiones. Prima sit hec: quod omnium opinionum quas enarravimus: prima est conclusio.

Quarta opinio.

Questio septima cosmographa

- 1 alijs minus probabilis et minus sustinenda. hanc probo multipliciter. Primo
- 2 quia est mere voluntaria et nullum habet fundamentum certum in sacra scriptu-
ra. Secundo quia nullus est mons in terra aut insula in mari: que pertingat
vsque ad lunarem circulum: vt hec opinio asserit. Et si euadat dicens quod non
intelligit quod mons ille paradisi pertingat vsque ad celum: sed solum vsque ad supre-
mam regionem aeris: et quod transcendat super locum nubium et ventorum que est
media regio aeris. Hec enasio vel fuga non valet: quia aer ille supreme regionis
non est conueniens complexioni et vite humane propter eius nimiam subtilita-
tem. Unde Aristoteles in tertio libro meteororum in tractatu de ventis loquens
de monte Olympo in Grecia: qui sua altitudine superat locum nubium et ven-
torum: dicit quod gentiles illuc ascendentes ad celebranda festa Iouis: deferbant spon-
gias plenas oleo: ad condensandum aerem respirationis sue: quia non sufficiebat
illis aer subtilissimus. Non ergo est dicendum quod paradisos amenissimus eleua-
tus fuisset in tantam aeris subtilitatem. Tertio quia genesis quarto dicitur de
3 Cain: quod recedens a patre Adam propter fratricidium: habitauit in terra. Hod
ad orientem Eden: ergo ultra Eden in quo deus plantauit paradisos: est re-
gio aliqua versus orientem: non ergo apparet verum quod paradisos situs fue-
rit in extremis orientis vt hec opinio dicit. Quarto: quia genesis septimo dici-
tur quod aque diluuij tantum creuerunt: quod ab eis operati sunt omnes mon-
4 tes excessi sub vniuerso celo: et quod aqua illa ascendit quindecim cubitos super
5 omnes montes quantumcunque altissimos: ergo non est verum quod aque dilu-
uij non ascenderunt ad locum vbi erat paradisos. Quinto: quia Adam eiectus
de paradiso suis pedibus ambulabat super terram: sed non potuit ambulare su-
per aquas maris: ergo quum habitauerit in Palestina exiens a paradiso: vt
iam probatum est: non potest vere dici quod paradisos ille sit separatus a terra
continenti per multa spacia aut miliaria aquarum maris. vt hec opinio dicit. Et
si euadens dicere velit: quod deus miraculose super aquas per aera transporta-
uerit Adam et uxorem eius ad terram in qua postea habitauerunt. Hec fuga
est voluntaria: quia huius miraculi nulla fit mentio in tota sacra scriptura: vn-
de non est hoc asserendum: sed videtur ficticium. Et item hoc admissio: quum pri-
mi parentes tunc non haberent calciamenta: quomodo nudis pedibus tam
multa miliaria aut leucas ambulare potuerunt ab India vsque in Palestinam:
vbi vitam degit Adā vsque ad mortem. Sexto non est probabile quod isti dicunt ad
6 huc extare hortum illum cum suis arboribus et herbis quas habuit a principio: et Che-
rubim cum gladio flammeo semper custodire hortum illum ne homines intrent
illuc. et cetera: tum quia ipsi concedunt quod aditus hominum ad locum illum est
eis impossibilis impedimentis montium: marium: et estuorum regionum: non
est ergo necessaria tam diligens custodia illius horti: tum quia si nullis vsibus ho-
minum vel angelorum prodest ille paradisos: ad quid ergo seruatur: nunquid pro vi-
ta hominum in alio mundo: vbi neque nubent homines neque comedent aut bibent:
sed erunt sicut angeli dei in celo nullis corporeis voluptatibus delectati: frustra ex

De paradiso terrestri.

go referuatur hortus ille quod de deo nephas est dicere: qui minus quam natura facit aliquid frustra: tū etiā quia Theodoritus doctor grecus dicit non esse credibile q̄ deus voluerit oēs hōies per oēs mundi etates torq̄re ignorantia hui⁹ sui paradisi: nā quando sacra scriptura alicubi grande aliquid hōibus tradit: in alio eiusdem scripture loco illud declarat: non enim pat̄ti semper errare suū audītorem. 7
Secundo idem probatur experientia nostri tēporis: in quo Hispani an̄ sunt totam terram per mare circūire ac perlustrare: ⁊ ad occidentē ac meridiem nauigantes ad Indie litora perueuerunt: totaq̄ ora terre orientalis peruestigata siue ad austrum siue ad septentrionem cum omnibus insulis eius que sunt in tota zona torrida: ⁊ tamen nunquam huiusmodi insulam paradisi inuenire potuerunt etiam ex proposito eam inquirentes valde curiose vt veritatem huius prime opinionis agnoscerent. Si ergo in extremis partibus orientis mons ille altissimus esset: non poterat eos latere: precipue quia ex illo monte dicuntur ruere quatuor illa magna flumina cum magno valde impetu atq̄ sonitu. Ex predictis ergo rationibus videtur satis persuasum esse quod prima nostra conclusio proposuit contra primam illarum opinionum de loco paradisi terrestris in extremis partibus orientis separata a tota terra habitabili. Ad auctoritates vero Augustini ⁊ aliorū doctorum quib⁹ illa opinio inuitebatur: dici potest q̄ ipsi nō sunt locuti assertiue: sed solū recitātes Hebreorū dicta de paradiso terrestri que vt probauimus non sunt certa sed valde dubia.

Secunda conclusio mea sit: quod opinio eorum qui posuerunt paradysum ter Secda
restrem in montibus Sarmatie Asiaticę ⁊ Armentie: est etiam irrationabilis ⁊ conclusio.
violenta.
Primo probatur ex communi omnium confessione: quia omnes tam insipientes quam sapientes dicunt paradysum terrestrem fuisse hortum iame nissimum ⁊ valde conuenientem temperamento humane complexionis. vnde ⁊ hac ratione pleriq̄ sapientum dixerunt paradysum illum situm fuisse sub circulo equinoctiali: que est regio temperatissima in medio mundi consistens: sed notissimum est secūdū oēs cosmographos mōtes Sarmatie illius esse frigidissimos: ga sunt valde septētrionales ⁊ extra latitudinē omnium climatū tēperate habitatiōis: minus. n. frigide sunt alpes medie inter Galliā ⁊ Italiā. i. in sexto climate: ⁊ tñ de eis dicit Lucan⁹.
Iā gelidas cesar cursu superauerat alpes.
q̄ multo magis dicēdi sunt frigidi mōtes Sarmatie: ga magis septētrionales q̄ alpes: cui⁹ etiā signū ē: ga ex illis mōtib⁹ plures ⁊ maiores fluuij nascūnt q̄ ex istis. s. ppter eorū humiditātē q̄ causatur ex frigiditate. Secūdo ga hui⁹ opinionis fundamētū est insufficiēs ⁊ inualidū. s. q̄ ex illis montibus oriant̄ quatuor illa flumina que sacra scriptura nominat: hoc. n. non esse verum patet: tū quia ibi nō dicitur q̄ ex paradiso oriantur quatuor flumina: sed q̄ fluuius egrediebatur de Heden seu de voluptate: ⁊ deinde extra Heden ille fluuius diuidebat̄ in quatuor capita: tū etiā quia licet Tygris ⁊ Euphrates nascantur ex monte Lauro: qui est vnus illorum montium Sarmatie: tamē alij duo quos vocat Syon ⁊ Dbyson valde lōge ab illo monte habent fontes suos ad orientem. Tertio ga Ganges volūtarie fingit̄ esse

Questio septima cosmographa

Syon. i. Nilus fluvius Egypti: per hoc q̄ ad introitum eius in mare Indicum submergatur: et q̄ sub terra et mari transeat usq̄ in Ethiopiam ultra Egyptum: et ibi emergat in montibus lune: quod spacium terre dicitur ultra duas mille leucas: nam de Indo fluvio nihil tale dicitur: sed q̄ finis eius sit in mari indico quod intrat: et tamen videtur esse idem indicum de Indo et gange: qui duo similiter discurrunt super terram usq̄ ad mare indicum. Quare ergo magis dicitur q̄ iste mergatur: q̄ ille ut iterum erumpat in ethiopiam: certe nulla potest dari ratio discriminis. Hac ergo opinione dimissa dicamus de alijs.

Tertia conclusio. Quamvis sententia illorum qui in Mesopotamia Sirie loci paradisi posuerunt sit bene probabilis: mihi tamen magis placet illa opinio de Palestina. Primam partem iam probavimus in enarratione illius opinionis. scilicet ex eo q̄ Mesopotamia sit regio amenissima et fructifera valde: et q̄ in ea habitaverint sancti patriarche post diluivum: quasi preelicientes eam que fuerat habitatio primi parentis. Et insuper quia in Mesopotamia est Heden: in qua deus dicitur plantasse hortum paradisi. et iste tamen rationes non de necessitate concludunt: non enim est certum q̄ primi parentes habitaverint in Mesopotamia: sed potius in Palestina: ut probat alia opinio. Item quis Heden in Ezechiele sit nomen regionis: tamen in genesi pro voluptate accipiunt hoc nomen interpretes greci et latini. Denique in probatione quatuor fluviorum egredientium de Heden: hec opinio est nimis violenta: et extortas expositiones sacre scripture profert ut ponat duos fluvios Euphratem et Syon in Mesopotamia: quod est preter sententiam omnium sapientium: hoc enim est scripturam repugnantem ad suam detorquere phantasia. Altera pars huius conclusionis propter eas probationes que in enarratione ultime opinionis posite sunt: potest adhuc persuaderi: ut appareat quare illa opinio mihi magis placeat. Duo namque precipua habet illa opinio. primum ex sententia divi Hieronymi: q̄ Adam primus homo in Palestina fuit formatus de terra. scilicet in agro Damasceno. et postquam eiectus est de paradiso: ibi prope habitavit per totam vitam suam: et tandem post mortem in Hebron sepultus est. Hec fundat Hieronymus in eo quod dicitur genesi. 3. reverteris in terram de qua assumptus es. et Josue. 14. dicitur de Hebron: q̄ ibi maximus Adam inter Enachim situs est. Secundum dictum opinionis fuit: q̄ Adam eiectus de paradiso non longe recessit ab eo: tum quia nudis pedibus ambulabat super terram: tum quia retinebatur amore illius horti: et spem habebat redeundi ad ipsum: tum etiam quia deus precepit Adam stare ante paradisum. Et demum quia ibi prope paradisum invenit terram valde fructiferam et melle lacteque manantem: in qua melius quam alibi poterat se et suos alere: non ergo voluit ire ad quendam aliam meliorem. mansit ergo in ea que est terra promissionis ibi prope paradisum. Signum etiam huius veritatis est: quia Abraham patriarcha natus et diu moratus in Mesopotamia usq̄ ad septuagesimum vite sue annum: ex mandato dei venit in Palestinam: ut meliorem sibi promissam a deo: et ea tota perambulata ac illustrata: stationem suam frequentiore elegit prope Hebron. scilicet in convalle Adama: seu ad quercus Adore: genesi. 12. et ibi elegit locum sepulture in spelunca dicitur

De paradiso terrestri

plici pro se & pro suis posteris: genesis. 23. Eandem quoque stationem fere semper obseruauerunt posterius eius Isaac & Jacob: quia putabant sibi pro magna merce de promissam terram illam in qua primi parentes habitauerant prope terrestrem paradysum. scilicet situ & qualitate. &c. Et si quispiam a me quereret: in quo loco palestine ego credam esse determinatum locum aut solum paradisi illius. Respondeo opinabiliter & saluo semper meliori iudicio: quod in planicie illa circa Jordanem fluum: ad Sententiam diuertit Lot nepos Abrahe quando separati sunt abinuicem propter rixam propter suorum pastorum: de quibus genesis. 13. Hoc dictum suadeo primo ex verbis sacre scripture ibidem: que loquens de planicie illa dicit. Eleuans autem Lot oculos: uidit omnem regionem circa Jordanem que uniuersa irrigabatur Jordane: antequam subuerteret dominus Sodomam & Gomorram: erat enim sicut paradysus domini: & sicut Egyptus uenientibus in Segor. &c. ubi glo. ordi. Hinc discimus esse paradysum terrenum: cui comparatur terrena irrigatio. hec namque regio plana erat & campestris atque irrigua Jordane fluente sicut Egyptus nilo fluuio. &c. Regio ergo illa quoniam ciuitatum uidetur olim fuisse paradysus terrestris: cuius amenitas declaratur ex comparatione illius partis Egypti: que directe respicit ciuitatem Segor: que erat irrigua & amena valde. quibus tempore Abrahe in planicie illa iam non essent ille arbores & herbe preciosissime que fuerant a principio quando deus plantauerat paradysum illum: quia temporis diuturnitate iam erant corrupte & alie noue ibidem exorte ex naturali uirtute terre: que tamen etsi non essent tam perfecte & precise sicut flores quas deus plantauerat uirtute sua mirabili: tamen aliquo modo erant eis similes: utpote quia nate erant ex radicibus aut ex seminibus priorum arborum & herbarum. Ad hunc ergo sensum sine temeritate trahi potest scriptura illa: ubi ait: quod regio illa circa Jordanem erat sicut paradysus domini. id est a domino plantatus in principio mundi. Verum non multo tempore postquam Lot cepit habitare in regione illa: factum est bellum Chanaan contra Palestinos: de quo genesis. xiiij. & sic tota illa regio attrita est pedibus equorum & hominum armatorum. unde facta est horrida & humiliata ac debonestata valde: ac tandem post paucos dies propter nefanda & abominanda peccata Sodomitarum & aliorum vicinorum in tota illa planicie: celitus a deo percussa est tota: & in momento submersa: ideoque remansit facta lacus magnus aque amarissime atque valde fetide. Secundo hanc meam sententiam suadeo ratione sumpta ex predicta historia de Sodomorum subuersione: quia ut dicitur genesis tertio: in paradiso terrestri factum est primum hominis peccatum: quod totam naturam humanam corrupit. scilicet per originem carnalem. de quo & apostolus Ro. v. per unum id est primum inquit hominem peccatum introiit in mundum. id est in humanum genus: & per peccatum mors: quia ex illo peccato ipse Adam & omnes posterius eius per naturalem generationem carnis ab eo descendentes damnati sunt ad mortem: quia ab eo traxerunt naturam corruptam: de qua corruptione dicitur Cantico. viij. ibi corrupta est mater tua. Ex hoc sic arguo: valde probabile est quod in loco ubi humanum peccatum totam naturam corrupens incepit: ibi maior corruptio nature humane apparuerit: ualeat enim omne agens magis in propinquum quam in remotum: ex primo lib. de gene.

Questio septima cosmographa

et corru. sed nulla potuit apparere maior corruptio humane nature quam in peccatis Sodomitarum: que tanta fuit. ut terra non potuerit sustinere illos pessimos homines sed eos omnes etiam cum parvulis suis absorbit: adeo ut preces sanctissimi patriarche Abrahe ad deum: non potuerint eos ab illa pena acerbissima liberare. Videtur ergo quod in planicie illa peccatum humanum inceperit: ergo in ea erat confusus paradysus terrestris a deo in principio mundi. Confirmatur hec ratio: quia deus occasione primi peccati tantum abhorruit locum illum in quo fuit commissum: ut submergeret solum illud ut amplius non appareret per totum discursum temporis usque ad finem mundi. Ex supradictis omnibus apparet mea responsio affirmativa ad titulum questionis. Ad argumentum pro parte negativa dici potest quod auctoritates ille sanctorum doctorum non loquuntur asseritive: sed solum recitant Hebreorum phantasiam satis incertam. Et quando clare demonstraretur quod illi doctores loquebantur asseritive: dici potest quod solum opinabiliter et non per certitudinem hoc dixerunt: quia non habebant auctoritatem sacre scripture que hoc diceret: neque rationem que convinceret ad ponendum paradysum in tali loco: immo potius sunt rationes multum apparentes contra illam opinionem: ut patuit in probationibus prime conclusionis. quare auctoritates illorum doctorum non de necessitate cogunt nos ad credendam illam opinionem eorum: sed salva eorum reverentia potest negari: iuxta dictum Augustini in tertio libro de trin. et habetur in decretis: dist. 9. cap. Noli inquit literis meis quasi canonicis scripturis inservire. cetera. sequitur: et nisi quod certum esse intellexeris: noli firmum tenere. In hac ergo questione de paradiso terrestris: Beda: Isidorus: et alij Augustini opinionem secuti sunt: quam quia certam esse non intelleximus: nimirum si eam non firmam reputamus. Ad rationem pro parte affirmativa dicimus quod illa fuit ratio tertie opinionis que ponebat paradysum in Mesopotamia Syrie: et ad illam respondimus in probatione tertie conclusionis: dicentes quod Heden non eodem modo accipitur genesis. 2. et Ezechielis. 27. quia licet in Ezechiele sit nomen proprium loci in Mesopotamia: tamen in genesis est nomen appellativum: quod voluptatem significat: ut habet translatio greca: plantavit autem dominus paradysum in voluptate: sensus ergo est: quod plantavit paradysum in loco voluptuoso et valde ameno pleno deliciis. In hac etiam significatione accipitur hoc nomen in secundo libro Regum capite primo. vestiebat nos coctino in deliciis: Non ergo sufficienter probat.

Primum de quatuor fluminibus.

Quantum ad tertium articulum dubitatur primo: qualiter salvari potest ad literam dictum sacre scripture de quatuor illis fluminibus: Syon: Pbyson: Tygris et Eufrates: utrum vere et realiter omnes ex vno et eodem fonte paradisi terrestris oriuntur. Nam inter omnes questiones literales circa hanc historiam proculdubio hec est omnium difficillima: et ad quam omnes predictae opiniones vix possunt satisfacere. Et hec fuit potissima ratio que movit eos qui putaverunt hanc non esse historiam sed parabolam de Christo et de ecclesia: sicut et illud Job. 28. profunda fluminum scrutatur est. et illud Ecclesiastes primo: omnia flumina intrant in mare: ad locum unde exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant: que spiritualiter et non ad literam sunt intel

De paradiso terrestri

ligenda: ut exponit ea Gregorius. xv. lib. moralium: nam profunda fluminum sunt secreta librorum biblie: quae Christus declaravit: et omnia flumina gratiarum et donorum procedunt ex abisso diuine bonitatis: et ad ipsum iterum referuntur per viros sanctos dei seruos. Ad hoc etiam propositum isti adducunt regulam sancti Augustini in li. de doct. christiana: quod quia sacra scriptura dicit aliquid quod ad litteram acceptum videtur repugnare rationi naturali et experientie sensibili: recurrendum est ad sensum spirituale: ita sentiunt omnes doctores in illo Iudicum. 9. quod ligna sylue inierunt consilium ut vngerent super se regem. et in illo psal. flumina plaudent manibus: et in illo Abacuch. 1. lapis qui est in pariete clamabit et in alijs multis huiusmodi locis. Ergo in hoc dicto genesis. 2. de quatuor fluminibus paradisi quod omnes illi ex vno simul fonte procedant: dicunt quod videtur esse contra sensum: vbi cumque ponatur paradisius terrestris secundum varias opiniones. nam ortus Indi fluminis qui dicitur Ghyson in Sarmatia: et ortus Nili qui et Syon in Ethiopia sub Egypto: videntur distare plusquam tribus mille leucis terre et maris. Videtur ergo quod hec scriptura sit solum spiritualiter intelligenda ut quedam parabola. Huius sententie videtur fuisse sapiens ille Hierosolymitanus in sui ecclesiastici cap. 24. vbi quatuor hec flumina exponit esse processus diuine sapientie in eruditione hominum dicens: ego sapientia effudi flumina: ego quasi trames aquam immese de fluuio: et sicut aqueductus exiit de paradiso: et dixi: rigabo ortum plantationum. id est paradysum plantatum a deo: qui implet quasi phison sapientiam et sicut tygris in diebus novorum: qui adimplet quasi euphrates sensum: qui multiplicat quasi Jordanis in tempore messis: qui miteit disciplinam sicut lucem: et affluens quasi gyon in die vindemie. et. Hec verba exponens glo. ordi. in margine ita habet. Quatuor paradisi flumina ex vno fonte procedentia assimilant regi qui ortus est de David: quia ex Christo quatuor euangelia procedunt: que totam terram predicatione apostolica insundunt et germinare faciunt. et cetera. Sed quia in primo articulo huius questionis ex autoritate diui Augustini et aliorum doctorum: decernimus hanc historiam ad litteram esse intelligendam secundum propriam verborum significationem: scilicet de rebus corporalibus: quamuis super isto sensu literalis possit edificari sensus spiritualis allegoricus de Christo et de quatuor euangelistis ac ceteris ecclesie doctoribus sacris: sicut etiam paradysus terrestris ecclesiam dei significat allegorice. tenentes ergo istam narrationem quatuor fluminum paradisi terrestris esse veram historiam: opiniones quas de loco paradisi terrestris recitauimus: habent in hoc scopo de quatuor fluminibus: et varijs modis ad hoc dubium respondent. Prima itaque opinio que ponebat paradysum in extremis orientis separatim ab hominum habitatione mari interiecto per multa miliaria. et cetera: dicit quod isti quatuor fluminibus ex altissimo illo monte paradisi cadentes: statim merguntur in mari: penetrantesque terram per vlcera eius discurrunt: et postea erumpunt in diuersis partibus super terram: puta Ghyson in Sarmatia vel Armenia maiori: Syon in Ethiopia: Tygris et Euphrates in Syria et Mesopotamia. Sed hec responsio: sicut in probatione prime conclusionis dictum fuit: est mere voluntaria et sine certo fundamento: nec ha-

Prima
opinio.

Questio septima cosmographa

bet probabilitatē dicere q̄ illa flumina sic perforēt ⁊ penetrent tantam maris altitudinem: ⁊ terrā sub eo existentē vsq̄ ad viscera eius: ⁊ deniq̄ q̄ intra terram p̄ tot millia leucarū discurrant anteq̄ erumpant: ⁊ tandem ad tā remotas regiōes exeant. Nec. n. omnia mere gratis dicta sunt ⁊ sine vlla p̄batione rationabili: atq̄

Sec̄da opinio. valde similia fictionibus poeticis Vergiliū in sexto lib. Eneidis. Altera opinio ponens paradīsum terrestrē in montibus Sarmatie ⁊ Armenie: ad hoc dubiū respondet q̄ nullus istorū flumīnū immediate extra paradīsum mergatur: sed oēs discurrūt super terram longius vsq̄ ad mare Indicū: sed duo magis occidentales Tigris ⁊ Euphrates intrant mare in sinu Persico: ⁊ nusq̄ vltra apparent super terrā: sed ibi consumunt̄. Tertius vero fluvius Ganges: quē isti Phison appellant: paulo superius ad orientē similiter intrat mare in sinu magno Indice: ⁊ ibi

Reprobatio. consumit̄: neq̄ alicubi postea emergit. De solo autem quarto fluvio: quem omnes Indū isti vocitant Syon: dicunt q̄ iste orientaliōr alijs in maris introitu mergit̄ ⁊ absorbetur a terra: ⁊ discurrens versus meridiē tandem erūpit vltra Ethiopiā prope circulū dictū tropicū hyemalē: ⁊ inde iterum descendit versus septentrionem per Ethiopiam ⁊ Egyptum veniens ad mare mediterraneū prope Alexandriam Egypti: ⁊ nusq̄ amplius apparet. Sed ista responsio etiā sine certo fundamento ⁊ mere voluntarie ponit istum quartū fluvium Indum mergi sub mari p̄ tot spacia maris ⁊ terre: quū nō appareat vlla ratio submersiōis magis in illo fluvio q̄ in alijs tribus: fingitur ergo ista submersio mere gratis. Tertia opinio de

Tertia opinio. Mesopotamia Syrie nullum quatuor fluviorū dicit submergi: sed eos omnes plane discurrere super terram vsq̄ ad mare indicum ⁊ ibi consumi atq̄ finire. Ex mōte inquit Tauro duobus fontibus nascuntur Tigris ⁊ Euphrates separati: sed postea ununtur fiuntq̄ vnus magnus fluvius Syrie irrigans Mesopotamiā: vsq̄ ad Bēden: in quo loco dicunt fuisse paradīsum terrestrē in quodā monticulo valde ameno: quo per transitū ille vnus fluvius dividitur in quatuor capita. scilicet capitales seu p̄ncipales fluvios: quorū duo sunt Tigris ⁊ Euphrates: ⁊ retinēt sua nōia vsq̄ nunc. Alij vero duo Phison ⁊ Syon mutata habēt nōia: ⁊ forte sunt illi qui nunc dicuntur Araxes ⁊ Marfinus: simile inquit accidit Phado fluvio iuxta Ferrariā in Italia: qui in plures dividitur fluvios. Huic tamē responsioni dissonant verba sacre scripture: q̄ declarant regiones per quas discurrūt singuli fluviorum. scilicet Phison per terram Euilab: ⁊ Syon per Lbus: que regiones longe distant a Mesopotamia ⁊ a tota Syria. Euilab. n. est India: ⁊ Lbus Ethiopia. Hoc tamen argumentū euadentes dicūt q̄ Euilab ⁊ Lbus sunt nōia equiuoca: ⁊ non solum significant Indiam ⁊ Ethiopiam: sed quasdā alias regiōes que possunt notari in Mesopotamia vel ibi prope. Sed hec est frivola evasio ⁊ ficticia: quare ista tertia opinio non satisfacit verbis huius historie de his quatuor

Reprobatio fluvij loquentis. Quarta opinio de Palestina ⁊ planicie Jordani iuxta ciuitatem Sodomorū: adhuc difficilius ⁊ min⁹ apparēter pōt ad hoc dubiū respondere. nā in Palestina solus notatu dignus apparet Jordanis fluvius: q̄ tñ ante subersionem Sodomorū totā illam planiciem irrigaret: quā isti putant fuisse paradīsum

Quarta opinio.

De paradiso terrestri.

terrestrem: tamen non possunt ostendere quomodo Jordanis dividebatur in quatuor alia flumina que irrigant totam terram habitabilem: hoc enim inopinabile est apud viros doctos siue philosophos siue theolos. Jordanis enim fluit a septentrione versus austrum. s. ad desertum: ex qua parte licet sit Egyptus tamen non potest ibi fingi regio dicta Enilab: neque Assyria: et alie regiones quas sacra scriptura nominat: ut p eas discurrant flumina, a Jordane egredientia. Nulla igitur p̄dictarū opinionum de loco paradisi terrestris bene satisfacit huic dubio de quatuor fluuijs paradisi in sensu literalī acceptis. Queramus ergo alium modū possibilem et probabilem: quoad hoc primū dubiū respondentes: sacram scripturam ad literam intellectam exponamus de fluuijs corporalibus. Et teneo quartam opinionē de loco paradisi terrestris. s. in Palestine et in planicie illa Jordanis: ad quam Lot diuertit discedens a societate Abrahe: quia hec videtur mihi verisimilior propter rationes factas in enarratione quarte opinionis in p̄mo articulo: et postea in p̄batione tertie cōclusionis in. 2. articulo. nā resolutio mea stat in duobus dictis sacre scripture. p̄mū est genesis. 3. vbi litera greca. lxx. interpretū habet: q̄ deus Adā eiectū a paradiso stare fecit eū ante paradisum: et ne ipse iterū reuertī posset ad paradisum: posuit ibi deus angelū custodē cū gladio flāmeo atque versatili: vñ elicitur q̄ Adā habitauit in tota vita sua ibi ante et p̄pe paradisum. Alterū dictū est Josue. xiiij. ad finem: vbi dicitur: Hebron antea vocabat̄ Cariatabee. ibi Adam maximus inter Enachim situs est. i. sepultus. Hunc locū ita intellexit diuus Hieronymus sup̄ Matheū: reprehendēs opinionē illoꝝ qui dixerunt Adā sepultū fuisse in loco Caluarie: vbi postea crucifixus est Jesus Christus. Dicit Hieronymus Adā in Hebron sepultū fuisse legim⁹ in libro Jesu Maue: vñ Greci Josue vocāt. constat autē Hebron ciuitatē esse Palestine in tribu Juda: et in ea postea regnauit Dauid septē annis circa agrū Damascenū. Tertia autoritas de planicie Jordanis scripta est genesis. 13. sicut paradisus dñi. et c. Tenendo ḡ istam opinionē dicerem q̄ litera illa v̄ba genesis. 2. et fluius egrediebatur de loco voluptatis. i. de paradiso sūt intelligēda de fluuio Jordane irrigāte illā planiciē. Quod v̄o subdit: et dividebat̄ in quatuor capita. et c. accipiat̄ fluui⁹ materialiter p̄ ipso nōie: et verbū diuidebat̄ tenet̄ logice: vt significet diuisionē generis in suas spēs aut differentias: ad hunc sensum: hoc nomen fluuius quum sit genus valde commune: diuidi potest in multas species fluuiōꝝ: sed earum quatuor sunt p̄ncipalissime: que et dicuntur capita seu capitales species: Nysson: Syon: Tigris: et Euphrates. De fluuiorum speciebus plurimis latissime disputauit Aristoteles in secundo libro metheororum: et inter eos multum annotauit hos quatuor fluuios: quamuis sub alijs nominibus a gentilibus impositis. Scio equidem hunc modum dicendi videri apud plurimos extraneum atq̄ sophisticum: sed reuera est apud Grammaticos et Rhetores frequentissimus: qui in multis casibus faciūt transitum a rebus ad vocabula: et e contra: a vocabulis ad res. Hanc transmutationem docuit Alexander ille grammaticus in capite de Constructione dicens: Pro sola voce supponit sepe relatum: quamuis precedens supponit si-

Questio septima cosmographa

gnificando: dat deus aureolam: quod nomen habetur ab auro. Estque relatiuis
precedens materialis: est nomen equiua: placet nobis illa videre. Sacra er-
go scriptura procedens more rhetorico: nimirum si noteat hunc transitum facere: pre-
cipue ubi ratio urget nos ita exponere: quia ut ex dictis manifeste colligitur: hec li-
tera de quatuor fluuijs paradisi: vel est spiritualiter et mystice exponenda: vel diui-
sio ista est ad vocabulum fluuij referendo ad sensum datum: nam alij modi dicendi
omnes probati sunt minus valere. quia habent multa inopinabilia apud vere do-
ctos. scilicet quod fiant fluuij submersiones et emersiones ad longissima terrarum et ma-
rium spacia: ut asserunt due prime opiniones: vel quod fluuij Indie et Ethiopie ponantur
in Mesopotamia: ut sentit tertia opinio. Facit ad hoc propositum quod Augustinus
docet in epistola quadam ad Hieronymum: et recitatur in decretis: distin. 9. in cap.
Ego vero solis. ubi ait. si in sacris literis aliquid offendero quod videatur contrarium ve-
ritati: nihil aliud existinem quam mendosum esse codicem: vel non esse assecutum inter-
pretem quod dicitur: vel me non intelligere locum illum non ambigam. Quia ergo
in hoc loco genesis. 2. liber non est mendosus: et tres interpretes Grecus: Caldeus:
et Latinus concordat cum Hebreo: oportet dicere quod locus iste sit valde obscurus in
se et vix intelligibilis ab hominibus quantumcumque doctis. Si ergo nulla istarum responsionum
ad hoc dubium alicui placet: gratias ipse aliam meliorem: et habebimus ei gratiam: tunc
fatebor me non intellexisse locum istum.

Secundum
dubium
Prima
opinio.

Secundo dubitatur an illud quod scriptura dicit de ligno seu arboris vite: et de
arboris scientie boni et mali: possit ad literam intelligi de arboribus corporalibus:
an solum metaphorice de rebus spiritualibus. Ad hoc dubium sicut et ad precedentem: aliqui
dixerunt quod non est historia rerum corporalium: sed solum parabola rerum spiritualium. per
lignum enim vite dicunt significari gratiam dei que est vita anime: et per lignum scien-
tie boni et mali liberum hominis arbitrium. probant hec dicta per auctoritates sacre
scripture. De primo dicitur proverbio tertio: quod sapientia lignum vite est his que ap-
prehenderint eam: et loquitur de sapientia homini infusa a deo: que semper est cum
gratia: et Apocalypsis. 3. qui vicerit dabo ei edere de ligno vite quod est in paradiso
dei mei: et certum est quod loquitur de rebus spiritualibus celestibus. De secundo dicitur
Ecclesiastici. xv. quod deus creavit hominem et posuit eum manu consilij sui. id est dedit
ei liberum arbitrium. sequitur. ante eum posita est vita et mors: bonum et malum: ad quod
cumque voluerit porriget manum. etc. Sed hec intelligentia quevis sit bona et docta: ta-

Secunda

men est allegorica et non literalis huius scripture. ideo melior est opinio aliorum quod il-
la sit vera historia de arboribus corporeis paradisi terrestris. et quod illa duo ligna. scilicet vite
et scientie erant ita vere arbores corporales sicut et alie omnes de quibus dicitur
ibidem: quod deus produxit de humo terre omne lignum pulchrum visu et suave ad gustum.
Homo enim quevis esset in statu innocentie: indigebat nihilominus cibo et potu ad
conservationem vite corporalis: ut Augustinus dicit in octavo super genesis: ideo
pronidit ei deus cibum ex fructibus arborum atque herbarum: et potum aque ex fluuio pa-
radisi: quatenus illo alimento corporeo restauraretur in eo quod deperdebat con-
tinue ex humido radicali per actionem caloris naturalis. Verum quia id quod recu-

De paradiso terrestri.

peratur p huiusmodi alimentū: non est tam purū ⁊ substantiale sicut illud quod
depditū fuerat: hinc fit vt paulatim homo deficiat a sua virtute ac substantia bo
na: tēdatq; ad senectutē ac mortem. dat Aristoteles exemplum de bono vino: cui
si paulatim admisceatur aqua per guttulas: fit continue minus purū: donec tādē
totum fiat aquosum: ⁊ perdat speciem vini: vnde ⁊ medici dicūt q; in senibus san
guis est fere totus aquosus. At quia deus quando posuit hominem in paradiso
terrestri: dederat ei privilegium non moriendi: si mandatū dei humiliter custodi
ret: prouidit ei pro illo statu: preter cibū cotidiauū ex fructib; communium arborū
atq; herbarū: aliū cibū ex fructu cuiusdam p̄ciosissime arboris: quē accipiēs
non continue: sed certis temporibus: reiuueneret. s. recuperando quicqd deper
ditum fuerat in eo de virtute caloris naturalis: ⁊ de puritate humidi radicalis ex
cotidiana actione ac digestionē alioꝝ ciborū. erat ergo fructus illius arboris ho
mini: ait Augustinus: vt medicina quedam restauratiua ac preseruatua vite: ⁊ p
pterea dicebatur lignum siue arbor vite. Sed quia virtus illius medicine erat fi
nita: nō poterat vitam sic conseruare semel accepta: nisi vsq; ad certū tempus: ideo
erat iterū atq; iterū accipiendus cibus ille in certis temporū interuallis: ⁊ ita ho
mo si non peccasset: nunq; mortuus fuisset: sed post dies plurimos vite sue transla
tus fuisset in regnū celeste cū angelis: vbi ineternū viueret iam nullo indigens ci
bo aut potu corporeo. Arbor vero dicta lignū scientie boni ⁊ mali: non erat homi
ni ad cibū: sed ad hoc tantū posita erat in paradiso: vt p̄ eam probaretur obediē
tia quam homo tenebat habere ad deū creatorem suū: ⁊ forte erat vna ex alijs ar
boribus cibi cotidiani: ⁊ creditur fuisse ficus non malus: vt pleriq; arbitrantur: ⁊
ab euentu dicta est arbor scientie boni ⁊ mali: quia in ea didicit homo quid inter
esset inter bonū obediētie ⁊ malū inobediētie. Ex dictis ergo apparet responsio
clara ad dubiū secundum hanc opinionem: que plano modo exponit ad literam sen
sum illi; scripture: q̄ triplex gen; ligni nominat in paradiso terrestri. s. verū ⁊ cor
poreum: quīs eadem hystoria possit habere sensū spiritnalem de gratia ⁊ sapiē
tia atq; de libero arbitrio. Sicut etiam hystoria illa q̄ ponit Numerorum capi.
.20. de petra deserti: ex qua Moyses ex mandato dei aquam eduxit ad potan
dū populū sitientem: que erat vera ⁊ realis petra corporea: ⁊ tamen Paul; apo
stol; dicit p̄ me Cor. 10. q; significabat Christū: ex cui; latere in cruce exiit sanguis
⁊ aqua. Joānis. 19. Eodē modo dicere de multis alijs hystorijs in sacra scriptura
que prius ad literam: ⁊ postea spiritualiter sunt intelligende.

Tertiu; dubitatur quomodo sit intelligendam q; scriptura dicit: plantauerat
deus paradysum a principio: de quo principio debeat intelligi: Ad hoc dubiū va
rijs modis respondent expositores: nam Hebrei dicunt q; est intelligendū de p̄
cipio loci: Catholici de principio temporis: sed non omnes de eodem tempore lo
quuntur. Dicamus p̄us de nostris: inter quos diuus Augustin; opinatur q; de
plantauit paradysum in sexto die: in quo homo creatus est antequam paradysum
plantasset deus: hoc enim ordie loquit; scriptura Genesis. 2: quia p̄us dicit quod
creauit deus hominem de limo terre. s. in campo Damasceno: ⁊ postea sequit; q;

Respō
sio ad
dubiū.

Tertiu;
dubiū.

¶ Dna
opinio.

Septime questionis finis.

plantavit deus paradisum quē ⁊ posuit in eo hominē creauerat: nō ergo creauit deus hominem in paradiso iam preexistente quatenus gratie dei deputaret ⁊ nō nature sue quod datus esset sibi talis locus in quo habitaret immunis ab omni corruptione ⁊ miseria. Ad illud vero quod scribitur genesis primo: quod in die tertio deus creauit de terra arbores ⁊ herbas: respondet Augustinus quod est intelligendum vegetabilia tunc creata fuisse in potentia ⁊ non in actu: quia deus die tertio dedit terre virtutem naturalem ad postea producēda vegetabilia: que non produxit vsq; ad diem sextum iam creato homine. Alij vero doctores sancti putauerunt ligna illa paradisi terrestris simul cum alijs arboribus totius terre producta fuisse in actu die tertio: ex virtute quā deus dederat ipsi terre. Huic sententię alludit litera biblie latine dicens: quod deus creauit hominem de limo terre: sed a principio: idest prius plantauerat paradisum voluptatis. ⁊ cetera. Voluit enim deus antequam hominem crearet: parare omnia que ei erant necessaria ad vitam suam: vt postea ipse adueniens inueniret omnia parata que ad ei⁹ seruiciū pertinebant: ⁊ inter alia locum sue habitationis paradisum. Et isti doctores etiam dicunt hominem creatum fuisse extra paradisum: quamuis iam sibi paratum: ⁊ postea translatum in paradisum: eadem ratione quam dederat Augustinus: ⁊ hec opinio videtur esse planior ⁊ magis consona literę sacre scripture secundum latinam editionem. Sed Hebreorum doctores dicunt quod in illo loco sacra scriptura non loquitur de principio temporis sed de principio loci in quo plantatus fuit hortus ille. habet enim litera hebraica ⁊ plantavit dominus deus hortum Bebedem michedem: idest in Heden ab oriente: nam illud nomē chedem prope semper accipitur pro oriēte: dicitur enim genesis tertio: quod postquam eiectus fuit Adam de paradiso collocavit deus michedem: idest ab oriente horti cherubim. ⁊ cetera. ⁊ cap. quarto dicitur quod habitavit Cain michedē: idest ab oriente paradisi: ergo secundum Hebreos sensus literę erit: qd deus plantavit ortum paradisi in loco voluptatis ad orientem: ⁊ hoc vel ad orientem toti⁹ terre: idest in terra maxime orientali: vel ad orientem respectu Palestine: in qua Adam fuerat creatus: sed quamuis litera hebraica sit intelligenda de loco terre: in quo paradisos fuerat plantatus: idest in loco delicioso ad orientem: nihilomin⁹ manet dubium de tempore: idest quando fuit plantatus: ⁊ litera Latina cui etiam consonat Caldaica dicit quod a principio: idest quando alia vegetabilia producta sunt de terra in tertio die creationis: ⁊ hec est cōior sententiā sanctorum doctorum. Hec de questione ista.

Questio octava theologica de tertia lege spiritus sancti.

Utrum possit catholice defendi positio tenens: quod post legem veterem dei patris: et post legem nouam filij: erat ventura circa finem mundi tertia lex spiritus sancti. Pars affirmatiua sic persuaderi potest: quia tres persone diuine: ut dicitur in symbolo Athanasij: coeterne sibi sunt et coequales: ita quod tam perfecta est persona spiritus sancti quam persona patris: aut persona filij: et in creatione atque gubernatione hominum ita bene operatus est spiritus sanctus sicut pater et filius: sed data fuit hominibus lex vetus quae fuit lex patris: et postea lex noua euangelica quae dicitur lex filij: ergo dari debuit hominibus alia tertia lex correspondens spiritui sancto. Ad partem negatiuam sic arguitur. lex euangelica filij duratura est usque ad finem mundi: dicente Christo Matthaei quarto. Predicabitur hoc euangelium regni in toto mundo: et tunc veniet consummatio. id est finis mundi: ergo post legem euangelicam filij non est futura alia lex ante finem mundi: quae dicatur lex spiritus sancti.

In hac questione erunt tres articuli. Primus de expositione terminorum per notabilia. Secundus respondebit ad questionem per conclusiones. Tertius mouebit et resoluet quedam dubia incidentia. Circa primum.

Notandum est primo: quod id quod dicitur genesis primo: deus creauit hominem ad similitudinem suam: multipliciter exponitur a doctis. Quidam. n. referunt hoc modum de ad animam. alij ad corpus. primi adhuc bifariam: quia vel ponunt similitudinem similitudinis dei in anima hominis quantum ad trinitatem personarum. scilicet in tribus potentijs: intellectu diuino, intellectu humano, memoria: et voluntate: vel in unitate essentiae anime: quae tota est in toto corpore minus re: et tota in qualibet eius parte: sicut deus totum mundum repletus totus est in qua ad deum libet creatura: et totus in quolibet loco atque particula mundi. Secundi vero in corpore hominis quemadmodum in quocumque alio: distinguunt substantiam: virtutem: et operationem: quae triplex est. naturalis: vegetabilis: et sensualis. Operatio naturalis insuper trina apparet in eo. scilicet secundum naturam elementum predominantis. id est terre quae est secundum gravitatem motus deorsum: secundum agriculturam propter alimentum: et secundum mechanicam propter indumentum. Operatio vegetabilis diuiditur in nutritiuam: augmentatiuam: et generatiuam. Sensualis operatio adhuc trifida est: sensatio exterior: in praesentia obiecti: sensatio interior rei sensate in absentia eius: et extinatio rei non sensate exterior. haec omnia ex libris de generatione et de animalibus. Secundum ma apud peripatheticos sunt cognotissima.

Secundo est hic aduertendum: quod praeter istos modos similitudinis dei in homine: alij excogitauerunt quendam alium modum dicendi moralem: scilicet tunc considerando gubernationem humani generis: in his precipue quae pertinent ad fidem hominis aeternam et religionem unius veri dei. Supposita enim determinatione fidei catholice de deo.

Questio octava theologa

processionibus diuinarum personarum ad intra: similes dicunt apparuisse ad extra processionibus personarum in gubernatione huius mundi predicta. Determinationem fidei in personis diuinis ponit in breui Athanasius in suo symbolo dicens: pater a nullo est factus. nec creatus: neque genitus. filius a patre solo est non factus: nec creatus: sed genitus: spiritus uero sanctus a patre filio simul procedit: non factus: nec creatus: nec genitus: sed procedens: et propter has nulla alia est intrinseca processio in diuinis: quia ex spiritu sancto iam non fit aliqua alia processio. Ita ergo dicunt in toto discursu generis humani distinguunt tres hominum status principales: scilicet: coniugatos: clericos: et religiosos. Status coniugatorum primus est: ex eoque procedit status clericorum per naturalem generationem: ipse uero a nullo alio hominum statu procedit. habet ergo similitudinem persone patris in diuinis: cui proprium est filium generare cum ipse a nullo procedat. Status deinde clericorum ad similitudinem persone filii dei cum sit genitus a statu coniugatorum: ab eo nihilominus procedit status religiosorum: non quidem per generationem: sed per religionum approbationem. Hic ergo tertius status ab alijs duobus procedit sicut spiritus sanctus a patre et filio in diuinis: nam religiosi a coniugatis propagati atque enutriti: a clericis sunt recepti et approbati. sedes. n. apostolica sancti Petri principis clericorum sacras religiones approbauit. &c.

Tertium Tertio notare conuenit: quod gubernatio populi dei in his que ad fidem et religionem de tribu nem pertinent: secundum tres hominum status diuisa est: nam a principio mundi statibus uisus ad Christi aduentum: sacerdotium et ministerium sacramentorum dei coniugatis datum est: nam in tempore legis nature in familijs patriarcharum primogeniti fungebantur sacerdotio: sed in tempore legis Moysaice soli illi qui erant de tribu Leni: et specialiter de semine Aaron erant sacerdotes et leuite sacramentorum ministri: et hi omnes erant coniugati. Post Christi aduentum seclusis coniugatis: gubernatio spiritualis fidelis populi: idest sacerdotium et ministerium sacramentorum dei clericis conuenit: Sed circa finem mundi ortis religionibus in ecclesia dei: uiri religiosi ad regimen animarum per sacramenta etiam ad pontificales dignitates et ad gubernationem ecclesie assumpti sunt: plerisque eorum etiam ad sedem apostolicam diuini Petri sublimatis. Quia ergo status coniugatorum persone dei patris assimilatus est: ideo tempore illud sacerdotij eorum dicitur a quibusdam tempus legis patris. Status etiam clericorum ad filij similitudinem declaratus est: ideo tempus gubernationis eorum in spiritualibus sacramentis: idest tempus legis euangelice dicitur tempus legis filij. Status denique religiosorum spiritu sancto non inepte dicatus est: quare tempus sui regiminis in sacerdotio spirituali dicitur tempus legis tertie spiritus sancti. Et quamuis opera trinitatis ad extra sint indiuisa: et quelibet dictarum legum sit patris et filij et spiritus sancti: tamen per quandam appropriationem lex prima dicta est lex patris: secunda lex filij: tertia lex spiritus sancti. eo modo quo theologi loquuntur de attributis essentialibus: que personis singulis appropriantur: ut patri potentia: filio sapientia: et spiritus sancto bonitas dei. Hec de primo articulo.

De tertia lege spiritus sancti.

Quantum ad secundum sit hec prima conclusio. Nullus catholicus dicere potest **Prima**
vere quod lex Christi euangelica: non sit usque ad finem huius seculi duratura: sed ante fi- **Prima**
nem cessatura et euacuanda: et sacramenta eius mutanda atque delenda. hoc enim est
erroneum: impium: et sacrilegum. Hec conclusio ponitur ad tollendum sensum falsum
quorundam: qui audientes futuram fuisse legem tertiam spiritus sancti circa finem mu-
di: putauerunt illum esse sensum huius dicti: hoc est: quod sicut lex secunda filii euacuauit
legem primam patris: et mutauit omnia eius sacramenta: ita lex tertia spiritus sancti
euacuatura esset legem secundam filii et omnia eius sacramenta. Hunc tamen sen-
sum non habuit primus assertor huius opinionis. scilicet abbas Joachim floren-
tinus Listerciensis monachus: qui fuit vir catholicus et deuotus: ut patet ex libro
eius peregratio de concordia veteris et noui testamenti. Probationem huius conclusio-
nis satis claram et doctam ponit sanctus Thomas in prima secunde. q. 106. arti. 4. cu-
ius ratio fuit illa que ad partem negatiuam tituli questionis huius posita est ex di-
cto Christi in euangelio. scilicet predicabitur hoc euangelium regni in toto mundo. etc. est
positio illa de tertia lege spiritus sancti ad alium sensum verum et catholicum referenda.
Unde ponitur secunda conclusio. quod sicut ex prima Ezechielis prophetia: viri **Secunda**
catholici eliciunt legem nouam filii dei in lege veteri patris contineri: sic quod ab **Prima**
ea procedit sicut filius a patre: eodem modo ex dictis apostoli Pauli haberi po-
test: quod ex utriusque testamenti litera procedit tertia quedam spiritualis intelli-
gentia: quam non iniuria quispiam legem spiritus sancti appellauerit: sicut et spi-
ritus sanctus in diuinis a patre et filio tertia persona procedit. Primam partem
declarat diuus Gregorius super Ezechielem: nam ubi dicitur: erat rota in medio
rote: ipse exponit: id est nouum testamentum in veteri. Secunda pars sumpta
est ex libro sancti Augustini de spiritu et litera: ubi declarans dictum apostoli se-
cunde ad Cor. tertio: litera occidit spiritus autem viuificat: dicit hoc verum esse tam
in litera noui testamenti quam in litera veteris: de qua apostolus expresse loquebatur.
Ex hac conclusione sequitur primo. quod sicut in diuinis non eo modo quo filius a pa-
tre: procedit spiritus sanctus ab utroque: ita in humanis non eodem modo quo nouum
testamentum ex veteri: procedit tertia lex ab utroque. sicut. n. filius a patre procedit ut
genitus a generante: potens adhuc producere aliam personam: sed spiritus sanctus
a patre et filio non est genitus sed spiratus: et iam non potens aliam diuinam perso-
nam producere ad intra: ita nouum testamentum sic processit ex veteri quod habet
textum in sacra biblia: ex quo procedit alia spiritualis intelligentia: estque habens
propria sacramenta in ecclesia dei: que euacuant sacramenta veteris legis. sed ter-
tia lex sic processit a noua et veteri lege: quod ipsa non habet proprium textum
in sacra biblia: ex quo possit alia intelligentia spiritualis procedere: neque habet
propria sacramenta: que euacuent noue legis Christi sacramenta. Secundo sequitur
quod licet catholice ponatur lex diuina trina (qualis est natura vel essentia diui-
na) non tamen concedenda sunt tria dei testamenta: sed duo tantum: nec trina
fidelium sacramenta: sed dumtaxat bina. Probatio est manifesta ex predi-
cta similitudine processionum diuinarum personarum ad intra. Nam licet po-

Questio octava theologa

nantur tres diuine persone in vnica essentia vel natura deitatis; tamen sole due persone sunt producentes personas: a tertia vero nulla alia procedit diuina persona: ita in legibus loquendo de processione intellectuali: qua ex textu procedit glossa et similiter sacramenta.

Tertia conclusio. Tertia conclusio. Quoadmodum in diuinis ab vno patre procedunt duo filii et spiritus sanctus: ita in humanis ex vno veteri testamento (in cuius tempore viguit status conjugatorum) processit nouum: in cuius tempore vigent duo status clericorum et religiosorum in spiritali gubernatione populi dei: et in ministerio sacramentorum dei. Ex hac conclusione habet quod durante et non euacuata lege euangelica a tempore natiuitatis Christi usque ad finem mundi: distinguuntur duo tempora. scilicet legis filii in regimine clericorum: et legis spiritus sancti in gubernatione religiosorum: ita quod post ortum religionum in ecclesia christiana: simul currunt lex secunda filii: et lex tertia spiritus sancti: quoadmodum facti doctores dicunt quod post ascensionem Christi usque ad finem seculi simul currunt sexta et septima etates mundi. sexta quidem pro sanctis adhuc vinentibus: et septima pro sanctis iam defunctis. Secundo sequitur quod ponentes tertia legem spiritus sancti futuram circa finem mundi: nihil aliud dicere voluerunt: quam si dixissent: futurum esse tempus in quo tota sacra scriptura biblicae: tam in veteri quam in nouo testamento intelligeretur valde spiritaliter in sensibus allegorico: anagogico: et tropologico: et quod futuri essent viri spiritaliter tam in literis quam in moribus: qui doctrina et vita sua sanctissima gubernarent ecclesiam dei: reformarentque omnes status Christianorum ad spiritaliter exercitium sacramentorum a Christo institutorum. Hec de secundo articulo.

Primum dubium. Quatuor ad tertium articulum dubitatur primo: vtrum post tempus primitiue ecclesie deberent expectari circa finem mundi aliqui viri: magis spiritaliter quam fuerint apostoli et alii prelati qui eis immediate successerunt. Ad hoc dubium respondetur per duas propositiones. Prima sit: quod non sunt expectandi post apostolos Christi et alios prelatos illius temporis primitiue ecclesie: aliqui sancti in quibus perfectius haberetur gratia spiritus sancti: et magis spiritaliter sacra biblia et Christi sacramenta intelligerentur: quam in tempore illo: maxime si fiat sermo de apostolis: de quibus dicitur ad Romanos. 8. nos primitias spiritus sancti accepimus: vbi glossa: sicut tempus primitiue: ita et ceteris abundantius. Secunda propositio: quod circa finem sexte etatis siue circa finem mundi expectanda erat: quia promissa a deo: multitudo virorum sanctorum valde spiritalium: qui ecclesiam dei iam fere lapsam in moribus et fide reformarent atque mirabiles sensus spiritaliter ex sacra scriptura vtriusque testamenti elicerent: quos professores tertie legis spiritus sancti dicere non est veritati catholice fidei repugnans. hec dei promissio expresse habetur in capitulo. 21. apocalypsis. vidi (inquit Joanes) celum nouum et terram nouam. etc. quod sancti doctores: de illa vltima reformatione ecclesie dei intelligunt: haud dubium quin per viros religiosos tertie legis dei professores exercenda. Consonat verbum angeli Gabrielis in Danielis capitulo. 7. de vltimis temporibus mundi sermonem facientis: vbi dicitur quod tunc regnum quod est subter omne celum dabitur populo sanctorum: id est regimen celeste et spiritaliter totius ecclesie dei: dabitur viris spiritalibus et religiosis circa finem mundi: et sicut in tempore prime

De tertia lege spiritus sancti.

legis patris fuerunt aliqui viri valde perfecti et sancti habentes gratiam et fidem legis Evangelice: quamvis tempus illud non esset tempus secunde legis filii: ita in tempore secunde legis filii fuerunt apostoli Christi: et plerique alii sancti habentes spiritualem vitam et sensum sacrarum scripturarum: que est tertia lex spiritus sancti: nec illa perfectio spiritualis sensus et vite erat frequens in multis: sed in valde paucis: sicut expectabat multitudo frequentissima virorum spiritualium in tempore legis tertie circa finem mundi.

Secundo dubitatur: utrum predictarum trium legum tempora et durationes debuerint esse equales. Respondetur quod non sunt equalia in numero annorum: sed bene in numero generationum. Prima pars est notissima: quia ab Adam usque ad Christi aduentum: quod fuit tempus prime legis patris: multo plures anni fluxerunt: quam post Christi aduentum usque ad ortum religionum: qui dicuntur professores tertie legis spiritus sancti: et quam ab eis usque ad finem mundi: quia hoc tempus creditur valde paucum. et ipsi sunt in quos fines seculorum denegerunt. Secunda pars ex verbis Augustini accepta est: qui hoc modo loquitur de mundi etatibus dicens: quod prime due etates mundi ab Adama usque ad Abrahamam: equales fuere in numero generationum. scilicet denario: nam utraque earum decem habuit generationes: non tamen fuere equales in numero annorum: nam prime etatis anni plusquam in duplo fuere plures quam anni secunde etatis: secundum computationem Hebreorum. Similiter alie tres mundi etates equales fuere in numero suarum generationum. habuerunt. scilicet tres quaterdenas generationum: ut patet Mathei primo ab Abrahamam usque ad Christum: et tamen ille etates non fuere equales in numero annorum: ut ex libris hystoricis veteris legis constare potest: quia a tempore Abrahame usque ad regem David computantur non genti fere anni: sed ab eo usque ad transmigrationem Babylonicam Iudeorum: quadraginti et sexaginta fere anni. a transmigratione vero usque ad Christi aduentum quingenti. Ergo ad eundem sensum hec nostra propositio asserit quod tempora trium legum fuere equalia in numero generationum: non autem in numero annorum: nam prima lex patris habuit quatuordecim etates mundi: sed in alijs duabus legibus distribuitur sola sexta mundi etas. Sed per intelligentiam istarum generationum notanda est differentia inter legem primam patris: et alias duas leges filii ac spiritus sancti. nam in prima lege coniugatorum: generationes erant carnales. id est secundum carnis originem procedentes. unde in tempore patriarcharum una generatio dicebatur tempus a natiuitate unius hominis usque ad natiuitatem filii sui: ut generatio Adam fuit anni. 130. quia tunc natus est Seth filius eius: et generatio Seth fuit. 105. anni: et tunc genuit Enos: et sic consequenter usque ad regem David: a quo usque ad transmigrationem Iudeorum in Babylonem: una generatio fuit tempus a principio regni unius regis usque ad principium regni filii eius: vel alterius successoris sui in regno illo. ut generatio David fuit anni. 40. Salomonis etiam. 40 anni: et ita de alijs regibus secundum tempora suorum regiminum. Sed a captiuitate Babylonica usque ad Christi aduentum: quum patres linee genealogie Christi iam non fuerint reges: generationes iterum comparate sunt sicut in prioribus etatibus patriarcharum. scilicet a natiuitate unius usque ad natiuitatem alterius. **U**n patet quod non

Questio octava theologa

omnes generationes in lege patris fuere equales in numero annorum: quare Augustinus recte dicit quod due prime etates mundi fuere inter se equales in numero generationum: sed inequales in numero annorum: idem repetit de alijs tribus mundi etatibus inter se comparatis. hec de prima lege. Sed in alijs duabus legibus generationes sunt spirituales. i. per natiuitatem spiritus: et non per carnis originem. et hec natiuitas duplex est. altera per sacramentum baptismi de qua Christus in Euangelio Joannis. 3. ad Nicodemum. Altera per Verbum dei auditum aut lectitatum: de quo Jacobus Apostolus cap. 1. voluntarie genuit nos in verbo vite. etc. ergo in lege secunda filij generationes eius sunt accipiende per respectum ad sacramentum baptismatis aque: et in lege tertia spiritus sancti per considerationem ad illustrationem gratie dei in studio sacrarum scripturarum. Christus autem ut dicitur Luce. 3. baptizatus est et baptismum nostrum instituit: incipiens quasi annorum triginta: et ita omnes generationes secunde legis filij sunt equales et triginarie: sic quod vnaqueque earum sit tempus triginta annorum. Sed gracia spiritus sancti illustrans eos qui in lege domini meditantur die ac nocte septiformis est: ut expresse dicitur Esaie vndecimo: spiritus sapientie et intellectus. etc. nimirum ergo si generationes tertie legis spiritus sancti ponantur equales et septenarie: ita ut quelibet earum sit tempus septem annorum. His igitur generationibus explicatis: nostra propositio secundo dubio respondens facile declarabitur quod tempora trium legum predictarum sunt equalia numero generationum: quamuis non in numero annorum. Probatio fundatur in numero generationum prime legis patris: quem explicat euangelista Mattheus capite primo: ibi enim ab Abraham usque ad Christum numerat. 42. generationes: ergo in qualibet aliarum duarum legum filij et spiritus sancti conueniens erit eundem numerum generationum distinguere. scilicet ad similitudinem diuinarum personarum: que omnes tres coeternae sibi sunt et coequales. Et quadraginta et due generationes triginarie faciunt annos. 1260. quare in tali numero sexte etatis et legis euangelice finem videtur habuisse lex secunda clerico. um: scilicet ortis in ecclesia Christiana nouis religionibus virorum spiritualium: quibus datum est regimen populi dei in his que ad fidem et religionem pertinent christianam: nam et ipsi totam ecclesiam dei reformauerunt quantum ad omnes status eius. Et durabit hoc religiosorum regimen ac regnum in magno fauore per alias. 42. generationes septenarias que fere faciunt trecentos annos. Postea vero appropinquante iam fine mundi iterum refrigescet charitas: non solum in laicis et clericis: sed etiam in religiosis: adeo ut ipsis predicatoribus iam opus sit alios adhibere predicatorum: ad eorum reformationem. sed de his satis. Tamen in numero annorum tria istarum legum tempora adeo sunt inequalia: ut quanto prime legis tempus excessit tempus secunde legis fere in quadruplo: tanto pene excessu secundum tempus se habeat ad tertium: precesit. n. doctrina fidei catholice ad modum nature: de imperfecto ad perfectum: et maius est tempus imperfectionis quam perfectionis.

Tertium **T**ertio dubitatur An in tempore veteris legis (que et lex patris dicta est) debuerint apparere viri religiosi populum dei reformantes in fide et moribus:

Questionis octave finis

quemadmodum in tempore legis nove evangelice (que est lex filij) orti sunt religiosi ad tertiam legem pertinentes: et ecclesiam dei similiter reformantes. Responsio est affirmativa: nam Helias Heliseus: et alij multi dicti filij prophetarum in monte Carmelo: vere fuere religiosi: heremice: et mundi contemptores. Et quis nondum esset tunc tempus tertie legis: tamen precessit figura ei in illis viris religiosi heremi cultoribus. Et hoc idem requirebat divinarum personarum similitudo supra dicta: nam sicut spiritus sanctus procedit a patre et filio: et statim religiosorum procedit a statu conjugatorum et clericorum ut superius dictum est: ita fuit conveniens quod in prima lege patris et in tempore conjugatorum apparerent viri religiosi sicut in secunda lege filij et in tempore clericorum: et hoc factum est mira concordia generationum: nam sicut in generatione sextadecima veteris legis sub rege Asa surrexit Helias: et eo assumpto sub generatione decima octava: que fuit regis Joram filij Josaphat: claruit Heliseus cum alijs filijs prophetarum: ita etiam in generatione sextadecima ecclesie Christiane: id est circa annos Christi domini. 450. surrexerunt viri religiosi in Grecia et in Egypto in similitudinem Helie: ut Antonius: Maccharius: Arsenius: Basilus: et alij plures: et postea in generatione decima octava circa annos domini. 540. claruit in ecclesia latina sanctus Benedictus: quasi in spiritu Helisei: qui et congregavit multos viros spirituales in vita conventuali. Et iterum sicut in generatione quadragesima veteris legis tempore Adabam orti sunt in Judaea religiones nove Israhelitarum: Gaduecorum: Esaeorum: Nazareorum: et alie: ita in generatione. 40. ecclesie dei circa annos domini. 1200. orti sunt nove religiones mendicantium: fratrum Predicatorum: Minorum: Heremitarum: et Carmelitarum atque aliorum. sed de his non plura dicam: prout remittetes lectorem ad librum abatis Joachin de concordia veteris et novi testamenti: unde hec pauca excerpta sunt. **Hec de questione.**

Questio nona: etiam theologica de varijs sensibus sacre scripture.

Utrum eadem autoritas: siue idem dictum sacre scripture biblie possit habere plures sensus literales. Ad partem negativam sic arguitur. Sacra scriptura cum sit doctrina veritatis catholice: non affert ullam fallaciam aut deceptionem: sed multipliciter sensuum precipue literalium in eadem scriptura parit confusionem: fallaciam: et deceptionem: Nam ex multiplicibus dictionibus et propositionibus fiunt aliquae fallacie: ut Aristoteles probat in primo libro suorum elenchorum: ergo pluralitas sensuum literalium non est concedenda in eodem dicto vel loco sacre scripture.

Questio nona etiam theologa

Ad partem affirmatiuā adducuntur quādam auctoritates biblicę: que manifeste habent plures sensus literales. vt illa: os non cōminnetis ex eo. erodi cap. 12. ad literam intelligit de agno paschali Iudeorū: et in euāgelio Joānis cap. 1. exp̄sse loq̄t de Jesu Christo crucifixo cuius crura non fregerūt milites. Et qđ scribit̄ secundi regū cap. vii: ego ero illi in patrē: et ipse erit mihi in filiū: intelligitur ad literam de rege Salomone: et Paulus apostolus in epistola ad Hebreos capi. i. citat illud ad commendandā Jesu Christi excellentiam super omnes angelos: ergo ps affirmatiua questionis est vera.

¶ In hac questione sicut in alijs erunt tres articuli: scilicet: notabilia: conclusiones: et dubia.

Primum de sensu literali
Prima diffinitio

¶ Quoad primum articulū primo est inquirenda diffinitio huius nominis sensus literalis sacre scripture. et circa eam plures sunt modo dicendi. Quidā enim simplici et plano modo dicunt sensum literale illū esse quem vocabula prope accepta significant: vt in principio creauit deus celum et terrā. in principio erat verbū. verbum caro factū est: et alia ad hunc modū sunt accipienda vt litera sonat in sensu grammatico. Quare isti parabolas sacre scripture dicunt esse ad literā intelligendas de rebus illis quas vocabula significant proprie. vt Iudicū. ix. inierunt ligna campi consilium. et c. q̄ intelligatur de arboribus. et illud Abacuch. 2. lapis de pariete clamabit: de lapide materiali. et illud Matthei. xix. sunt Eunuchi q̄ se castrauerūt propter regnū celorū: de corporali membro corporis. et ita de alijs multis. Ex hoc dicto eorum sequitur qđ in sacra scripture sunt multe p̄pōnes false in sensu literali: nam p̄dicte locutiones de rebus illis accepte omnes sunt false: quia nunq̄ illa q̄ in eis dicuntur contigerunt in rebus illis. propter hoc consequens: quod est vel absurdū vel falsum vel inopinabile apud vere catholicos. Alij dixerunt qđ sensus literalis in quolibet loco sacre scripture est ille quem autor eius intendebat principaliter. id est de illis rebus de quibus intēdebat loqui per illas dictiones: siue ille scripture significarent res illas proprie siue metaphorice et improprie: et hoc modo diffiniendo sensum literalem: in sensu illo: nulla p̄positio falsa reperietur in sacra scripture: nam ille auctoritates citate sunt intelligende de hominibus nō autē de creaturis irrationabilibus: et ita sunt vere et non false. Et quum autor sacre scripture sit duplex: alter principalis et mediatas: alter ministerialis vel substitutus et immediatus. Principalis autor est deus: qui suos prophetas et apostolos inspirauit: eisq̄ sua secreta reuelauit: ac eis mediantibus populū fidelium hominū in fide et sancta religione instituit. Autor vero sacre scripture ministerialis fuit homo dei propheta: apostolus vel euangelista: qui ex mandato dei et diuina inspiratione librum illum sacrum scripsit: et doctrinam illam salutarem predicauit. Ergo diffinientes hoc secundo modo sensum literalem sacre scripture in duas opiniones diuisi sunt. Dicunt enim aliqui eorū quod diffinitio illa est intelligenda de auctore principali qui est deus: ita quod ille sit sensus literalis sacre scripture quem deus id est spiritus sanctus principaliter intendebat significare per illam scripturam: et hec fuit opinio sancti Thome in prim. par. questione. prima. articu. 10. vbi

Secunda diffinitio

De varijs sensibus sacre scripture,

ubi concedit q̄ eiusdem textus sacre scripture possunt esse plures sensus literales quia autor eius deus simul plura intendit etiam principaliter. Sed hec opinio alijs non placet: tum quia deus vnico & simplici actu omnia simul intendit: quare omnes sensus veros sacre scripture eque principaliter intendit: & tamen nō oēs illi sunt literales: sed solus vnus est literalis: & alij spirituales. tum etiam quia si aliquem sensum deus magis & principalius alijs intēdit ad bonum sensum: adhuc p̄dicta diffinitio non esset sufficiens: nā in figuris & ceremonijs veteris legis de p̄ncipaliter intendebat describere mysteria Christi & sue ecclesie. i. principalius q̄ gesta illorū patrum antiquorū: & tamen ille sensus huiusmodi scripturarum nō est literalis sed allegoricus secundū omnes doctores: quod etiam ipse sanctus Thomas expresse concedit in loco illo dicens: q̄ secundū q̄ ea q̄ erant in veteri lege significabant ea que futura erant in noua lege sumitur sensus allegoricus. Propterea alio Tertiarum diffinitio verior reputatur: q̄ sensus literalis sacre scripture ille sit quem p̄ncipaliter intendebat autor eius homo dei p̄pheta: apostolus: aut euangelista q̄ illatio. scripturam edidit ex mandato vel inspiratione dei. cuius probatio clarissime sequitur ex predictis. Si enim sensus literalis non semper est ille quem scriptura sonat in superficie literę: sed quem autor eius principaliter intendebat: contra primā opinionem: & hec non potest saluari de auctore primario: qui deus est: contra secundam opinionem: sequitur q̄ sit intelligendū de auctore ministeriali: qui fuit homo dei illius scripture editor seu compilator ex inspiratione dei: quia non potest fingi alius autor preter istos duos. Quis etiam sententie fuit diuus Augustinus in. 12. li. suarum confessionū: ubi postq̄ diffuse pertractauerat multiplices sensus illius p̄ncipalis propositionis sacre scripture: in p̄ncipio creauit deus celū & terram: genesis primo: tandem inquirat quis illoꝝ sensuū sit verior acc̄p̄ncipalior quem nos literalem sensum dicimus. & respondens ait: q̄ est ille quem Moyles seruus dei illius libri autor p̄ncipaliter intendebat. nam licet ipse forte generali quadā intētionē oēs sensus veros: qui ex sua scriptura elici possent: intenderet: tñ vnus illorū ab eo erat p̄ncipaliter intentus speciali & determinata intētionē. scilicet quia ad aliquod propositū determinatū librum illum scripsit: edidit: ac compilauit: & ille sensus est dignior: verior & certior alijs. Hac igitur diffinitione supposita: ad vidēdū quomodo in sacra scriptura biblie in sensu literalī nulla est falsitas seu p̄positio falsa.

Sciendum est secūdo: q̄ loquēdo de auctore ministeriali & immediato q̄ est homo: tripliciter pōt accipi autor alicuius scripture. Primo ille qui fuit illius libri solū editor seu compilator (descriptore vel secretario eius non curo: quia Baruch non fuit autor p̄phetie Hieremie: licet eam ipse scripserit vt notarius vel secretarius Hieremie) sed voco auctorem ei⁹ p̄phetam qui dictabat ea q̄ alter scribebat. Secūdo autor scripture dici pōt ille qui fuit solū assertor eorū q̄ in ea dicunt. Tertio magis p̄ncipaliter & vere autor scripture dicendus est ille qui simul fuit editor & assertor eius. Hec distinctio declaratur exēplis: multa. n. scripserunt sancti p̄phete & apostoli in libris suis quorū ipsi erant compilatores: q̄ tamen ipsi non assererebant: sed solū narrabant ab alijs sic vel sic dicta aut facta: vt illud genesis. 3. nequaquā mo

Scdm
de aucto
re

Questio nona etiam theologa

riemini. et Esaię. i. 4. ero similis altissimo. et Matthei. 26. dixerunt omnes: reus est mortis. scilicet Iesus. Contra vero assertores illoꝝ dictoꝝ non fuerunt illoꝝ libroruꝝ compilatores. patent ergo duo prima membra diuisionis. Pro tertio vero extant fere omnia vera dicta in libris sacre scripture. nam prophete et apostoli sunt illoꝝ dictoꝝ simul compilatores et assertores: ut illud genesis primo. in principio creauit deus celum et terram. et Esaię. 9. paruulus natus est nobis et filius datus est. et illud Joannis. xi. resuscitatus Lazarus a Christo uocatus est de monumento et alia pene innumera ad hunc modum. Ex hac itaque distinctione patet quod loquendo proprie de auctore sacre scripture. scilicet tertio modo: nulla propositio falsa in ea habet auctorem. id est qui simul sit editor et assertor eius: licet bene habeat auctorem improprie id est primo modo solum: vel secundo modo solum: quod est dicere: qui sit solum compilator vel solum assertor. Quando ergo sancti doctores dicunt quod in sacra scriptura biblie nulla est falsitas in sensu literali: est intelligendum de sensu principali quem habuit auctor eius proprie dictus. scilicet tertio modo: nam de alijs duobus modis auctoꝝ non est regula illa semper vera: ut patet ex predictis. Ratio huius determinationis hec est: quia siue propositiones scripte in sacris libris sint uere siue false in sensu grammatico: tamen propheta vel apostolus: earum editor vel compilator: immunis est ab errore et falsitate: quis ipse non est falsarum propositionum assertor: sed solum recitator: et eque uerum dicit recitans illos falsitates ab alijs esse dictas et assertas: sicut quando recitat ueras propositiones a se vel ab alijs dictas. Simile est in notario curie iudicis: qui scribens fideliter omnia dicta omnium testium tam ueroꝝ quam falsoꝝ: ipse in eis omnibus scribendis fidelis et uerus est notarius: non enim asserit dicta eorum esse uera: sed solum asserit illa esse ab eis dicta: et in hoc uerum dicit. Colligamus ergo ex dictis hanc resolutionem: quod licet in sensu grammatico et superficiali multa appareant dicta falsa in sacra biblia: non tamen in sensu quem intendebat auctor eorum: quamuis etiam in sensu quem intendebat assertor alicuius loci sacre biblie: sit ibi aliqua falsitas: non tamen in sensu quem intendebat auctor illius proprie dictus: scilicet qui simul fuit illius loci editor et assertor: hic enim uere et proprie est sensus literalis sacre scripture: et non alij duo predicti nisi ualde improprie: et in hac acceptione huius uocabuli: uerissimum est quod in sensu literali sacra scriptura nullam habet falsitatem: et ille sensus literalis ex circumstantijs literę est accipiendus: id est ex antecedentibus et consequentibus: et ex causa dicendi.

Conhabita ergo clara et uera diffinitione sensus literalis sacre scripture. scilicet quod est Tertium ille quem principaliter intendebat auctor eius homo dei: illius scripture editor de principali et assertor. Tertio sciendum est quod inter omnes sensus sacre scripture: sensus literalis est alioꝝ omnium principalissimus: dignissimus atque certissimus: nam sensus literalis est omnium alioꝝ sensuum basis et fundamentum: eoꝝ presupposito alij sensus procedunt: habentque fulcimentum ueritatis sue et non alias: et nihil tradit sacra scriptura ad fidem et ueram religionem pertinens in sensu allegorico aut tropologico seu anagogico in vno loco: quin illud uidem expresse tra-

De varijs sensibus sacre scripture

dat in sensu literali alterius loci. Item vt Augustinus dicit in epistola cōtra Vintium Donatistam: a solo sensu literali potest accipi efficax argumentum ex sacra scriptura: ad probanda ea que fidei sunt: non autem ex alijs sensibus: nisi forte apud fideles qui illos sensus spiritalis recipiunt. His pmissis respondebimus ad questionem per conclusiones.

Quantū ad secundū articulū sit hec prima cōclusio. Quod si aliqui deus et propheta diuersos habeant sensus eiusdē dicti in sacra scriptura: licet etiam ipse propheta: sui dicti plures forte habuerit sensus: tamē illa scriptura ex hoc non est dicēda habere plures sensus literales. Prima pars ex diffinitione sensus literalis est manifesta: quia solū ex intētionē auctoris immediatē et ministerialis est accipiēda sensus literalis ab alijs distinctus: non autē ex intētionē dei qui simul oēs sensus intendit. Secunda vero pars etiam ex dictis est manifesta: quia non omnis sensus auctoris p̄dicti: sed solus ille quē ipse p̄ncipaliter intēdit: est dicēdus sensus literalis sacre scripture: vt docuit Augustinus in .12. lib. inuarū confessionū. Sed pro huius cōclusionis maiori declaratione est sciēdū ex doctrina sancti Tho. in sc̄da sc̄de. q. 173. q̄ ad hoc q̄ aliquis homo sit vere et p̄prie propheta dicēdus: requirit q̄ intelligat ea q̄ dicit vel scribit in sua prophetia: Danielis. 10. intelligētia opus ē in visione: et p̄mi regum. ix. propheta olim dicebatur videns: id est intelligens: requiritur ḡ q̄ homo ille non se habeat ad deū reuelantem: precise sicut instrumentū inanimatū: aut insensibile: vel irrationale: sicut se habuit asina Balam que locuta est: immo forte et ipse Balam: de quo habetur hystoria numeroꝝ. 22. et deinceps: sed requiritur quod homo ille intelligat ea que per diuinam reuelationē ei notificantur. In hac tamen intelligentia dicimus q̄ non oportet q̄ propheta tot sensus sue scripture habeat sicut deus vel angelus ad eum missus. patet hoc in fine prophetie Danielis: vbi propheta petijt ab angelo Gabriele ampliorē declarationē sue prophetie: et non obtinuit eam ab illo: ergo requiritur et sufficit ad hoc q̄ homo dei sit et dicatur proprie propheta: q̄ habeat sensum literalem planū de rebus illis secretis. s. preteritis: p̄sentibus: aut futuris de quibus enunciat scriptura illa: et hoc est commune omnibus prophetis. i. q̄ intelligant ea q̄ procul sunt ab hūana cognitione: hoc. n. sonat nomē prophete dictū a procul et a fando. veruntamen maioribus ac dignioribus prophetarū tam in nouo q̄ in veteri testamēto contulit deus ultra sensum illum qui ē literalis: quosdam alios spiritalis sensus. Quare sequitur q̄ sepius in sacra scriptura alius erat sensus quē habebat propheta: ab eo quē deus p̄ncipaliter intēdebat significare p̄ illam scripturam: aliquādo etiam ipsemet propheta in sua scriptura duos aut plures sensus habebat ac intelligebat: licet non eque p̄ncipaliter. Exemplum primi de Caypha Joannis vndecimo: si tamen fuit propheta: quando dixit: expedit vt vnus homo moriatur pro toto populo et non tota gens pereat: nā Cayphas hoc dictū intelligebat de p̄ditione quam Iudei sibi timebant perueniaturam a Romanis per bella et latrocinia occasione Jesu Nazareni: vt patet ex circumstantijs littere. Deus autem per illa verba intendebat significare Jesum Christum necessario fore moriturum pro libe-

Questio nona etiam theologica

ratione totius humani generis a pditione animarū in dānationē ppetuā gebent
ne sub potestate diaboli. quē sensum statim explicat Euāgelista Joānes dicens. q
Cayphas hoc nō dixit a semetipso: sed instinctus a deo pphetavit q Jesus mori
urus esset p gēte. &c. & simili modo forte darent aliqua alia exēplai n veteri lege.
de duob' aut pluribus sensib' pphete alicui' in suis dictis aut factis. Exempla
ponit apostolus p̄ Saulus in duob' locis manifeste. nā de sanctis patriarchis in
tēpore legis. nature: dicit in epistola ad Hebreos cap. xi. q̄ Abrahā: Isaac: & Ja
cob p̄missionē sibi factā a deo de accipiēda ac possidenda terra Canabā sine p̄sa
lestina: ipsi non solū intellexerūt de terra illa corporali: sed etiam de alia meliori pa
tria spiritali. hoc est de ecclesia militante: ex cōuersione omniū fere gentium ad fi
dem eoz: aut de ecclesia triūphante cū sanctis angelis dei. ideo subdit: q̄ licet de
functi sint illi sancti patres nondū accepta ac possessa terra Cananeoz: tñ nō sunt
cōquesti de deo: nec pdiderunt fidē eius veram: quia expectabant melior aliā cūi
tatē seu patriam cui' conditor eēt deus: & p̄missiones sibi factas a longe aspicien
tes salutabāt: & confitebant' eas se fore accepturos. De Moysē quoq; Aaron: Jo
sue: & de alijs sanctis legis scripture dicit idem apostol' in p̄ma epistola ad Cor.
cap. io. q̄ oēs in nube & mari rubro baptizati sunt. i. baptismū intellexerūt: oēs in
manna escam spiritalē eucharistie manducauerūt. & in aqua q̄ de petra deserti
erūt: miraculose spiritalē potū calicis Christi biberunt. s. intelligētes q̄ petra
illa erat Christus. i. figurabat' Christū. Datet ḡ veritas nostre p̄me conclusionis
nam in talibus locis non quilibet illorū sensū est literalis: sed tantū vnus. s. quo
intelligebant illa dicta de reb' illis corporalibus p̄sentibus. Alij aut' sensus de re
bus futuris in tēpore legis gratie: erant spiritalēs allegorici. Sensus. n. ille quē
literalem diximus: clare elici potest ex circumstantijs litere in locis illis: non autem
ali' ita clare.

Secūda
p̄clusio.

Secunda conclusio in ordine sit: q̄ nullū dictū sacre scripture vnū numero pōt
habere duos sensus literales: s. bñ vnū specie. voco vnū numero dictū in vno tan
tum loco sacre biblie scriptū: sed vnū specie est dictū in duob' locis aut pluribus li
bris sacre biblie scriptū: quia sunt duo dicta penitus synonyma. vt os nō commi
nuetis ex eo: in exodi cap. 12. et in euāgelio Joānis cap. 19. sunt enim duo numero
dicta: sed vnū specie. Hui' p̄clusionis probatio est manifesta ex diffinitione sensus
literalis quā p̄ fundamento hui' q̄stionis supposuimus. s. q̄ sensus literalis ē ille
quē p̄ncipaliter intēdebat autor immediatus illius scripture homo dei p̄beta
vel apostolus: quicq; ex circumstantijs litere demonstrat' apud vere doctos: sed in
vno loco aut libro vnus autor p̄dicat' non potuit habere nisi vnū sensum prin
cipaliter intentum. in duobus aut locis aut libris duo autores potuerūt habere
duos sensus p̄ncipaliter intentos: quia ad aliud p̄positū dixit ill' verba secūd'
autor a primo: ergo conclusio est vera. Adinor hui' rōnis induitiue p̄bat' in illis
autoritatib': q̄ consensu omniū doctorū dicunt' habere duos sensus literales: nā
illa verba: os nō comminuetis ex eo: Moyses scripsit in exodo p̄ncipaliter intēdēs
loqui de agno paschali: vt patet ex serie litere: in qua docebat Iudeos circūstātijs

De varijs sensibus sacre scripture.

observandas in convivio agni illius dicēs. Comedetis carnes illas assas cū lactu
eis agrestib⁹: comedetis festināter: et os non cominuetis ex eo. etc. sed Joānes apo
stolus in suo euangelio eadē vba scripsit pncipaliter intendēs loqui de Jesu Chri
sto moriēte in cruce: dabat. n. rationē qre milites nō fregerūt ei⁹ crura sicut alioz
duozū qui crucifiri erant iuxta eū. Ergo in exodo illa verba in sensu literalī fuerūt
dicta de agno paschali Judeoz: et in euangelio Joānis loquunt⁹ d⁹ Christo vō deo
Christianozū. et hic secūdus sensus in exodo non est literalis sed allegoricus: etiam
si concedat⁹ q⁹ Moyses intelligebat illa verba de Christo: quia series textus mani
feste facit sermonem de agno paschali. Similiter illa verba deuter. 18. pphetam
suscitabit vobis deus de fratrib⁹ vestris et de gente vestra: ipsum suscipietis et au
dientis sicut et me. etc. ad literā sunt intelligēda de Josue successore Moysi in ducatu
populi Israel: vt patet ex causa dicendi in loco illo: sed in actib⁹ apostolicis cap.
tertio: eadē verba ptulit apostolus Petrus de Jesu Christo: cui obedire tenētur
omnes hōies totius mundi: vt patet ex serie litere. Iterū in secūdo libro regum:
cap. 6. et pmi paralip. 7. dicitur ad literā de Salomone filio David: ego ero illi in
patrem: et ipse erit mihi in filiū: vt expresse docet contextus litere in loco illo: sed
apostolus in epistola ad Hebreos capi. pmo eadem verba scribit de Christo in
sensu literalī: vt patet ex causa dicendi: quia ibi Paulus intēdit probare q⁹ Chri
stus est prestantior angelis: ex eo q⁹ ipse est filius dei et non illi. Et generaliter quot
quot autoritates citant nostri apostoli et euangeliste ex libris hystoricis veteris te
stamenti: secus de libris prophetis: habent duos sensus literales: alterum in ve
teri: alterum in nouo testamento: quibus concederetur q⁹ autores illi antiqui intelli
gerent dicta illa de Christo sicut et apostoli atq⁹ euangeliste: nam sensus ille secūd⁹
in libris antiquozū prophetarū: non est literalis: sed potius allegoricus et spiritua
lis. Patet q⁹ veritas scde cōclusiōis. s. q⁹ vbiq⁹ eadē forma verborū fuit bis scri
pta in sacris libris biblie a diuersis autoribus et ad diuersas intētionēs seu ppo
sita: habet duos sensus literales et non alias: quātūcūq⁹ vnus autor vnus loci cō
cedatur habuisse duos sensus illozū verborū: quia in vno tantū loco vnus tātum
est sensus literalis eozū. s. ille qui est pncipaliter ab eo intētus: nec possunt eē duo
sensus ab eo eque pncipaliter intenti.

Tertia conclusio sit hec: q⁹ eadē specie autoritas sacre scripture: non tantū duos
sed et tres aut plures sensus literales habere potest: si a diuersis autoribus sacris
pluries scripta reperiat⁹ ad diuersa pposita ad diuersasq⁹ intētionēs. Hāc con
clusionē addo ppter libros sanctorū doctorū extra canonē biblie: qui in suis sermo
nibus et homilijs plurimas autoritates sacre scripture citant ad diuersa propo
sita declaranda. Sed pre ceteris sese offert liber officiozū ecclesiasticozū. s. liber missa
lis: qui a sanctis ecclesie doctorib⁹ ex plurimis fragmētis autoritatū veteris et no
ui testamēti confectus est ad modū vni⁹ sermonis: quo aliqua bona doctrina tra
denda est populo fidelīū: quare autoritates in officio illo adducte ad propositū il
lius materie pdicande sunt intelligēde: et ille sensus alius est ab eo quē autores sa
cro:ū librozū biblie habebant. estq⁹ sensus literalis in libro officiozū ecclesie: nō au

Tertia
conclusio

Questio nona etiam theologa

tem in libro sacre biblie: vt esto exēpli gratia illa autoritas: ego ero illi in patrē: et ipse erit in filiū: q̄ p̄mo scripta fuit in. 2. libro regū de rege Salomone: deinde in epistola ad Hebreos de Christo Jesu dño nostro: postmodū posita est in libro ecclesie in officio maioris missę diei natalis dñi: vbi legit̄ epistola ex p̄mo capite ad Hebreos: quo officio p̄ter natalē Christi veri: etiā celebrat̄ natiuitas Christi myfici. i. populi Christiani: q̄ simul incepit cum natali sui saluatoris: q̄ in libro missali (q̄ etiā est q̄dam sacra scriptura) sensus literalis dicte autoritatis est de populo Christiano. s. q̄ est filius dei per adoptionē: et similiter deus est pater eius. Eadem ratio est de illa autoritate Osee. xi. ex Egypto vocaui filiū meum: q̄ intelligitur de populo Hebreorum educto a captiuitate Egyptiaca: et citatur Matthei. 2. de Jesu puero fugiente in Egyptum a persecutione Herodis. Tertio legitur in euāgelio missę sanctorū innocētum: et intelligitur de populo gentiliū vocato a deo ad fidem et ecclesiam suā ex Egypto. i. tenebra infidelitatis idolatrię: et ita de alijs multis autoritatibus sine numero q̄ ex sacra biblia excerptę: posite sunt in libro missali ecclesie catholice: quasq̄ ad sensum literalem eiusdem libri missalis: sigillatim exposui in opere meo ecclesiastico: quod expositionem Romani missalis inscripsi: imo in eodem libro inueniuntur quedam autoritates sacre biblie bis aut ter posite in diuersis officijs ad diuersos sensus literales eius: vt illud Luce. xi. extollens vocem quedam mulier de turba. et legitur in dominica tertia quadragesime: et iterum in officio sabbatino virginis Marie. Et illud Luce. 6. cum descendisset Jesus de monte stetit in loco. et legitur in vigilia omniū sanctorū: et iterum in die sancti Sebastiani: haud dubium quin in alio sensu a priori. Et illud Luce. io. intrauit Jesus in quoddam castellū. et legitur in dñica. i. 4. post penthecosten: et iterum in die assumptionis virginis Marie. proculdubio ad loquendū de merito et premio Christifere matris dei. Et illud Mathei. 17. assumpsit Jesus Petrū et Jacobū et Joannē: et legitur in sabbato p̄me hebdomadis quadragesime et in dñica sc̄da eiusdem: et iterum in festo transfigurationis Christi dñi. Quedam etiam ecclesie extra Romanam: legūt illud euāgelium Mathei. 21. quum appropinquasset Jesus Ierosolymis. et. in dñica prima aduentus ad loquendū de primo Christi aduentu p̄ incarnationē. et iterum in dñica sexta quadragesime in benedictione ramoz ad representandam honorificam Christi receptionem in Ierusalem: que facta est quinto die ante suam passionē. Insuper illud Joannis. 6. de miraculo quinq̄ panū et duoz pisciū legit̄ in quarta dñica quadragesime ad propositū. 22. generationis ecclesie. s. de religiosis. et iterum in dñica. 24. post penthecosten que aduentui proxima est. s. ad loquendum de vltimis mundi temporibus: et ita de multis alijs tā epistolis q̄ euāgelijs in missali libro. Hec de secundo articulo.

Et ex qb̄ elucere pōt cōtrouersia theologozū quorūdā sup̄ hac q̄stione de pluralitate sensuū literalium eiusdē textus sacre scripture: quā q̄stionē non satis clare: sed aliquo modo hallucinantes pertractauerunt in prologis biblie Tyrannus: Burgensis: et replicator: nam ex dictis eozū nihil bene digestū accipi potest: sed ex secūda cōclusionē huius secūdi articuli omnis cōtrouersia tollitur: nā pars negativa

De varijs sensibus sacre scripture

vera est de vna numero auctoritate vel dicto sacre scripture: pars autem affirmatiua etiã vera ẽ de vna in specie: q̄. s. in duob⁹ aut plurib⁹ locis aut libris scripta ẽ.

¶ Quantũ ad tertium articulum dubitat̄ p̄mo: vtrũ eõcessa pluralitate sensuũ literariorum eiusdẽ auctoritatis sacre biblie: illa ppõ sit censenda multiplex seu amphibologica: ita q̄ argumentũ factum ex ea peccet per fallaciam amphibologie. Ad hoc dubiũ respondeo p̄ duas ppõnes. Prima sit: q̄ loquendo de auctoritate vna solũ in specie ⁊ nõ numero vna: nulla est amphibologia: nam arguens ex illa auctoritate solũ vnũ locũ sacre scripture citat: ⁊ in eo solũ vnũ ⁊ determinatũ sensum literalem habet. Et si forte arguens citaret duo vel plura loca simul: quod sophiste faciunt: esset opus q̄ respondens distingueret sensum vtriusq̄ loci: eo modo quo fit in equocatione vel amphibologia dissoluenda: nam in sacra scriptura sicut ⁊ in alijs omnibus plurime sunt dictiones equiuocę: ⁊ theologus in eis eodẽ modo se debet habere sicut se habent philosophi in suis sciẽtijs. Secunda ppõ: q̄ loquendo de auctoritate vna numero solũ: difficilius responderent ad hoc dubiũ illi qui tenent q̄ eadem auctoritas in vno loco solũ scripta habet plures sensus literales: q̄ nos qui hoc negamus. possunt tamẽ ipsi dicere q̄ illi duo sensus literales non sunt eõ principales: sed vnus eorũ est p̄ncipalior altero. s. ille qui magis apparet ex circumstantijs literę. alter vero sensus habet analogiã ad ipsum. in analogis autem nulla fallacia habet locũ: quia analogum solitarie acceptum stat pro solo vno significato. s. p̄ncipali. si autẽ analogum accipiatur cum addito. iam habz determinatũ significatum: ⁊ ita nõ opus est distinctione. Hęc tamẽ responsio reddit hęc q̄stionẽ de nõie: quia tollit a diffinitione sensus literalis illã p̄ticulã. s. quẽ p̄ncipaliter intẽdit auctor: ⁊ hoc quidẽ perperã. Adhibi qdẽ videt̄ q̄ nunq̄ theologus debz cõcedere eiusdẽ auctoritatis duos sensus literales: nisi ad hoc habeat testimoniũ alterius loci sacre scripture: alias periret distinctio quam sancti doctores faciunt inter sensum literalem ⁊ alios spirituales. posset. n. procerius dicere omnes sensus eiusdẽ auctoritates esse literales: quia forte omnes illos intendebat auctor eius propheta vel apostolus. Ad habendã q̄ clarã distinctionem inter hos sensus oportet q̄ illa particula p̄ncipaliter ponatur in diffinitione sensus literalis: ⁊ ita facile soluit̄ dubium propositum ad partem negatiuam.

¶ Secũdo dubitatur: vtrũ ex auctoritatib⁹ sacre scripture. (q̄ concessę sunt habere duos aut plures sensus literales iuxta secundã conclusionem) possit fieri argumentum efficax ad probanda ea que pertinent ad fidem. Hoc dubium mouetur ad inquirendum: an argumenta apostolorum facta ex illis auctoritatibus fuerint efficaciatia ad probandum illos articulos fidei quos ipsi ex eis probare voluerunt. ¶ **A**postolus Petrus actuũ. 3. ex dicto Moyse deuter. 18. prophetã suscitabit vobis deus. ⁊c. ⁊ Paulus ad Hebre. 1. ex illo secundi regũ. 6. ego ero illi in patrem. ⁊c. ⁊ ratio dubitandi est dictũ Augustini superius citatũ: q̄ ex solo sensu literalis sacre scripture põt fieri efficax argumentũ ad aliquid p̄bandũ: Cõstat autẽ ex supra dictis quod illi sensus ex quibus arguunt apostoli in predictis locis: non sunt literales in libris veteris testamenti: sed solum spirituales allegorici: quãuis sint

Primum
dubiũ.

Secũdum
dubiũ.

Questio nona etiam theologica

literales in libris noui testamenti. Ad hoc dubiū respōderi pōt p duas ppōnes. Prima sit: q argumenta illa apostolorū erant fundata in hoc pncipio: q omnia gesta et dicta veteris legis ordinabantur ad tēpus Messie et significabant mysteria eius: quod pncipiū forte cōcedebant Iudei illi contra quos arguebāt: ideo cōtra eos erant efficacissima argumenta: ad minus valebāt multū ad confirmandos in fide eos q crediderant ex circūcisiōne. Apud alios vero Iudeos hec argumenta nō erant efficacīa: qā negabāt illud fundamentū. huius signū est q nulli eorū quicti sunt p illa argumēta: neq cōuersi ad verā fidē Christi. Secūda ppō. q ex sensu spiritali allegorico alicuius textus sacre biblie: potest sumi efficac argumentum ad pbandū aliquid: qñ ille sensus in alio loco eiusdē sacre scripture scitur esse literalis et hoc maxime verū est apud eos q recipiūt illū aliū textū in quo ille sensus est literalis: et hoc etiā modo argumenta apostolorū erant efficacissima cōtra Iudeos qā ille veritates quas de Christo pbare intēdebant: inueniebant dicte in libris pphetarū veteris legis. Hāc ppōnem declaramus in similiū nouo testamento. si quis vellet pbare q confessio vocalis ad pedes sacerdotis esset mādata a Christo: ex illo verbo ei⁹ ad leprosos Matthei. 8. et Luce. 17. ite et ostēdite vos sacerdotibus: quis hoc argumētū pcederet ex sensu allegorico: nihilominus efficac ē apud catholicos: quia eadē sententia est ad literā exp̄ssa in enāgēlio Joānis cap. 20. quorū remiseritis peccata. et. ita Paulus apostolus arguit ex sensu allegorico illius dicti: ego ero illi in patrē. et. quia eadē sententia ad literā habet psal. 2. dñs dixit ad me filius meus es tu. et. quare argumētū eius efficac fuit cōtra Iudeos. eadē rōne argumētū Petri apostoli efficac ē: qā alibi sepi⁹ in pphetis exp̄ssum erat: q Messias futur⁹ esset de genere Iudeorū ex Abrahā et Dauid. et.

Tertiū
dubiū.

Tertio dubitat utrū in quacūqz auctoritate sacre scripture omnia verba q auctor posuit in ea: sint necessaria ad sensum literalem eius. Respōdeo p duas ppositiones. Prima sit. q qñ auctor illi solū vnū sensum et literalē habuit in dicto suo: omnia verba q ibi posuit: sunt necessaria ad explicandū sensum illū. ratio huius pponis est manifesta. Secūda ppō. in auctoritatibus vō illis de quibus constat q auctores habuerunt aliū vel alios sensus pter literalē: nō omnia verba eorū sunt necessitate sensus literalis: nam quilibz eorū posuit ibi qdā verba sine quib⁹ bene poterat haberi sensus literalis: tñ posuit ea propter alium sensum quē habebat: et ille forte sine illis verbis nō poterat bene haberi. et contra: qdam verba eorū sunt necessaria ad explicandū sensum literalem: sine quib⁹ bene poterat haberi sensus spiritalis: ideo auctor scienter posuit hec verba et illa: vt nihil esset ociose dictū in sacra scripture: nā quod videtur superflū in vno sensu: forte est necessariū ad aliū sensum: et cōtra. et. Hui⁹ rei exēplar optimū est sacratissimus liber quatuor euāgeliorū: nā quū quilibz euāgelista p suū euāgeliū intēderet narrare hystoriā Jesu Christi. i. verba: gesta: et miracula eius ad sensum literalē: nihilominus etiā simul intēdebat innuere aliquid spirituale cū illa hystoria et p eā. Et in hac secūda intētiōne non in pma euangeliste differū inter se: quare nimirū si non eisdē verbis sed varijs: eandē Christi hystoriā oēs quatuor referant: immo ex verbis: ex gestis: ac miraculis

None questionis finis.

raculis Christi vnus eorum quedam posuit que alius vel alij omiserunt: & ecōtra ille aliqua que non iste: & nonnunquam duo vel tres euangeliste idem enarrant: quod quartus subtrahit. Et insuper quilibet eorum habet quedam propria q̄ nullus aliorum scripsit: cuius vix potest dari alia ratio quam ista: scilicet propter alij sensum spiritualem a quolibet euangelista intētum preter historicum & literalem: videlicet de occultis mysterijs Christi vel ecclesie sue: quod etiam diuus Augustinus annotauit in libro suo de consensu euangelistarum. Ergo quilibet eorum ad suum propositum explicandum: posuit ex historia Christi sola ea que conueniebant alijs pretermisissis: non quidē dimisit ea ex ignorantia vel negligentia: sed ex proposito: ratione iam dicta. De intentione autem cuiuslibet euangeliste in suo euangelio: certius alijs scripsit sanctus Gregorius super Ezechielem exponens illam primam eius visionem de animalibus quatuor facierum: ait enim quod in Christo fuerunt quatuor precipua mysteria pro nostra reparatione: quia natus est vt homo: passus vt vitulus: surrexit vt leo: & ascendit vt aquila. Et quia vnusquisque euangelistarum hec quatuor mysteria de Christo declarauit: ideo vnum quodque illorum quatuor animalium apud Ezechielem dicitur habere quatuor facies. Verum preter hec quatuor mysteria humanitatis Christi: fuerunt in persona eius alie quatuor excellentie maxime: scilicet dignitas regia: sacerdotalis: prophetica: & diuina natura. **M**as euangeliste inter se diuiserunt: nam **M**attheus principaliter intendit regiam Christi excellentiam collaudare: quare genealogiam patriarcharum & regum: ex quibus Christus processit secundum carnem: & alia plura sue humanitatis mysteria & miracula ad hoc propositū facientia recitauit: & ideo in apocalypsi capitu. quarto: facies hominis ei attribuitur. **M**arcus vero prophetiam seu doctoralem Christi dignitatem intendens commendare: a predicatione Joannis in deserto exorsus ad predicationem Christi processit: & alia id genus verba & miracula eius prosequitur: vnde & facies leonis ei aptatur in apocalypsi: scilicet propter rugitum predicationis. Lucas autem ad sacerdotium Christi respectum habens: a sacerdotio Zacharie incepit: & alia Christi verba: gesta & miracula ad hoc intentum valentia insecutus est. recte igitur in facie vituli designatus est: quod est animal sacrificij sacerdotalis. **J**oannes demum ad mysterium diuinitatis Christi precipue intendens ab eterna eius generatione a patre sue narrationis principium fecit: & consequenter sermones eius de sua diuinitate ipse pre alijs descripsit: atq; miracula ad hoc propositū pertinētia solus apposuit. quare p̄ faciē aquile volantis conuenientissime depingitur in apocalypsi Joannis.

nō de euangelij

D

Questio decima hebraica de cabala Iudeorum.

Terū cabala siue doctrina cabalistica quorū dā Iudeoz sit theologis utilis & acceptāda: ad veriorē intelligētīā sacrarū literaz: atq; mysterioz fidei catholice. Propterea affirmatiua extat autoritas multoz doctoz nō solū ex Iudeis: vt rabi Abrahā: rabi Danid: rabi Ioseph: & pluriū alioz: sed et ex nostris Christianis: vt Joānis Sici Mirādule: Joānis Reuclini: Egidij cardinalis: & quorundā alioz. nā oēs ipi vniformiter p̄dicāt cabalā esse doctrinā diuinā: summāq; philosophiā ex misericordia dei hōibus traditam: & a magno illo Esdra diuine legis scriba plurimis libris declaratā. Et p̄ ceteris Joānes Sici in serie suarū nō gentarū cōclusionū hec ait. Cōclusiones cabalistiche scōm secretam doctrinā sapientū Iudeoz cabalisticoz: quoz memoria sit semp̄ in bonū. & iterū dicit: q̄ nulla est doctrina q̄ tantū valeat ad cōfirmanda fidei christiane sacra mysteria sicut cabala: ergo ipsa est valde utilis & multū acceptāda ac p̄curanda theologis catholicis. Ad partē negatiuā sic arguit: Iudei infideles p̄tinacissimi per artem illā inquantū possunt: impugnat religionē Christianā & repugnat articulis nostre fidei catholice: quia sunt manifestari inimici crucis Christi: q̄ illa doctrina potius est euitāda & fugienda veris Christianis: q̄ discenda & procuranda: vtpote quia ab infidelib; & hostibus nostris tradita.

In hac q̄stione more solito in alijs p̄cedentibus: tres articulos principales faciemus. In primo declarabuntur: interpretabunturq; vocabula in titulo huius q̄stionis posita. In secūdo erūt cōclusionēs quib; ad q̄stionē respōdebitur. In tertio mouebuntur q̄dam dubia incidentaria.

Pri- **C** Pro p̄mo articulo est primo sciendū q̄ hoc nomē cabala est hebreum: & latine
mū de interpretatur receptio: est. n. nomē verbale a verbo chibel quod est recipe. Dicūt
vocabu- & hui; doctrine p̄fessores: q̄ ipsa ideo dicta est cabala: q̄a fuit a deo recepta p̄ reue-
lo lationē: & primus qui eam recepit fuit Moyses: q̄n̄ tū mōte Sinai locut; est cum
deō valde morose & seriose p̄ quadraginta dies: nā tūc simul cū lege: quā a deo scri-
ptā accepit: verbotenus & memoriter recepit cabalā: q̄ est doctrina valde subtilis
atq; spiritalis: qua legis illius scripte secreta mysteria: q̄ sub cortice litere latent:
erui: enucleari: atq; penetrari valēt: & nō solū vnū sensum literalē: sed etiā innume-
ros alios sensus tam literales q̄ spirituales ex eadē scriptura elici poterūt. Hanc
igitur doctrinā sic a deo receptā ipse Moyses nō scripsit: sed solo v̄bo eā tradidit
septuaginta illis seniorib; in secreto: de qb; numeri. xj. & illi postea alijs: & sic p̄ cō-
tinuā tēporū successione alij ab alijs eā receperūt solo v̄bo vsq; ad Babylonicā Iu-
deoz captiuitatē: in q̄ quū Iudei essēt dispersi: & nō sic faciliter cabalā possent alij ab
alijs oreten; recipe: Esdras sacerdos & scriba legis decreuit doctrinā illā literis cō-
mēdare: ne tā p̄ciosa res obliuione deleret. & Joannes Sicus Mirādula dicit se
vidisse septuaginta libros in hac doctrina ab illo scriptos. Post Esdras v̄o

De cabala Iudeorum.

plurimi doctores Hebræorum libros huius doctrine scripserunt: et multa in eis sacra-
rum scripturarum secreta detexerunt: quæ censentur admiranda et inaudita apud omnes
theologos siue grecos siue latinos.

¶ Secundo sciendum: quod antiquiores cabalisticorum alijs modis eadem cecebant quæ postero-
res. Nam ille magnus doctor Ramba in principio sue glorie super genesim dicit: quod
totum illud quod Moyses ibi scripsit de creatione mundi: est sibi traditum a deo per
portas intelligentie: quæ sunt numero quinquaginta: et quod Moyses omnes illas portas ape-
ruit propter unam quæ est ultima et suprema: et in qua deus videtur: nam de eo dicitur
psal. 8. minuisi cum paulominus a deo: et clarus exodi. 32. faciem meam videre non
poteris. Post hunc alius rabi Moyses Gerundensis loquens de Salomone di-
cit quod tota sua sapientia venit ad eum per has. 50. portas. veritatem fuit minus sapiens
quæ Moyses: ideo duas ultimas portas non aperuit. Et consequenter discurrens per alios
prophetas: et doctores veteris legis: auferit ab eis actionem plurimum portarum: et relinquit
pauciores secundum quod alij alijs continue fuerunt minus sapientes. etc. Declarat Joannes Reu.
illas. 50. portas hoc modo. rerum inquit uniuersi quinque sunt differentie iste. ele-
menta. mixta. anime. corpora celestia: et angelici spiritus. et quodlibet istorum gene-
rum decem considerationibus intelligitur quibus his vocabulis explicatur: genera gene-
ralissima: genera specialia: species generales: species specialissime: res indiuidue: que
ulterius constant ex materia et forma: vel ex quibusdam principijs materie et for-
me proportionalibus. contrahunturque uniuersalia ad singularia differentijs: pro-
prietatibus: et accidentibus. Si ergo decem intelligentiarum modi per quinque rerum differē-
tias multiplicentur: confurget quinquagesimus portarum numerus: per quas: ve-
nit: intratur ad creatoris et creaturarum mysteria cognoscenda: quæ non nisi a solis ca-
balisticis doctoribus sunt cognita. De hoc itaque tanto mysterio Joannes dicitur
Adiradula in vna cabalisticarum suarum conclusionum hoc posuit enigma dicens. Qui
sciverit quid sit denarius in arithmetica formali: et cognoverit naturam primi nume-
ri spherici: sciet secretum quinquaginta portarum: et magni iubilæi: et millesime gene-
rationis: et regnum omnium seculorum. Hoc enigmate iubilæum vocat numerum quin-
quagenarium. primum numerum sphericum aut potius circularē intelligit quinarium.
denarius formalis est illi decem modi intelligentie. millesima generatio est natura
angelica. regnum omnium seculorum vocat mundum ideale in mente diuina. etc. Sed hac
phantasia portarum dimissa: alius rabi Abrabam a veneris inuenit aliam de trigin-
ta duabus semitis sapientie. ait. n. in principio sui libri beresit. i. de creatione mundi.
triginta et duabus semitis mirabilibus sapientie excussit deus. etc. Adheret ei in hac
imaginatione Rabi Jacob Cohen: et rabi Isaac: et quidam alij commentatores eius:
qui dicunt has semitas esse traditas illi Abrabe suo preceptorum super angelum radchiel.
et dicunt quod ille numerus. 32. semitarum resultet ex additione decem enumerationum (de
quibus statim dicemus) ad literas alphabeti hebraici: quæ sunt. 22. et nomina earum hec
sunt: intelligentia miraculosa: intelligentia sanctificans: intelligentia absoluta: intelligen-
tia munda. etc. quia impossibile esset eas omnes enumerare. De his. 32. semitis loquitur dicitur
Adiradula in conclusione. 52. cabalistica laudans eam.

Secundum
de auto-
re

Porte
intelli-
gentie.

Semi-
te sapiē-
tie.

Questio decima hebraica

Tertium Tercio sciendum quod alij successores predictorum aliam posuerunt imaginationem. scilicet decem enumerationum cabalisticarum: hebraice dicta bezer zephiroth: quas latinis vocabulis ita explicamus a suprema incipientes. corona: sapientia: prudentia: clementia: rationes: severitas: ornatus: triumphus: confessio: fundamentum: et regnum: et supra primam istarum ponitur enzoph. i. infinitudo vel abyssus. De his scripsit rabi Joseph Castiliensis in sua isagoge ad cabalam: et alius rabi Joseph ben Carnicol in libro portarum iusticie: et Isidorus Ricus ex Judeis factus Christianus (hic fuit Joannis Isidori Andirandule preceptor atque institutor) qui in suo compendio cabalistico: porta lucis dicto: de his decem enumerationibus dicit: quod in eas reducitur tota scripturarum veteris legis continentia. et addit quod enzoph sit alpha et omega sine principium et finis. et Joannes Ricus in conclusionibus cabalisticis dicit: enzoph non est alius numerationibus communicanda: quia est illarum unitas abstracta: et non eis coordinata. Aliorum imaginatio fuit numero. 50. portarum addere numerum literarum hebraicarum hoc est. 22. et fiet numerus. 72. quem ipsi vocant semhamaphores. id est nomen expositivum summi dei: ac etiam sui nominis tetragrammaton. hic numerus. 72. est numerus angelorum: de quibus loquens celebris ille cabalista Joseph Carnicolus dicit: quod sunt angeli prelati omnium provinciarum totius terre habitabilis: et sunt angeli dei fortes quorum auxilio Moyses tot miracula fecit in Egypto: in mari rubro: et in deserto. scilicet platis his nominibus. Et alius doctor vocatus Recanath: his angelis adaptat illas. 70. palmas Melim. de quibus exodi. 15. et numerorum. 33. dicens quod duobus illis angelis ostensis in columnis nubis et ignis: accessisse credendum est. 70. angelos orbis prelati: ut essent omnes. 72. angeli: qui assisterunt Moysi in liberatione populi dei a captivitate Egypti. Horum angelorum nomina dicit colligenda esse ex tribus versibus litere hebraice: que ponuntur exodi. 14. ubi latine dicitur: tollensque se angelus domini. etc. usque ubi dicitur: divisaque est aqua: nam ibi sunt tres versus hebraici: in quorum quolibet sunt. 72. litere: accepta ergo prima litera primi versus cum ultima secundi atque prima tertij: fit unum nomen trilaterum: estque nomen primi angeli: et eodem modo servato per omnes alias literas primi et tertij versus ordine recto: et secundo ordine everso: fiet omnia. 72. angelorum: que omnia simul sunt unum semhamaphores. Hec inquit nomina quibus non sine significatio: sunt nobis valde commendanda memorie: quasi occulta quaedam signa et pacta quibus angeli invocati opem multam ferunt hominibus in suis necessitatibus: et valet etiam ad quaedam miracula facienda. hoc valde commendat rabi Salomon in expositione talmuth: et citat ibi Serundensem eiusdem sententie in suo beresit. De his quoque. 72. nominibus Joannes Ricus Andiradula in quodam conclusione sua ita dicit. voces non significative plus possunt in magia quam significative ad facienda opera quaedam mirabilia et secretissima per magiam. etc. Recensissimum autem cabalorum Hebreorum alia via procedunt: dicentes quod cabala principaliter ordinata est ad explicanda mysteria sacre scripture veteris legis secundum textum hebraicum ex ipso litere cortice bene attrito eliciendo mirabiles sensus. hoc autem fit quibusdam transmutationibus literarum: dictionum: et orationum. Unde tres sunt species cabale: ut dicit quidam rabi Joseph hispanus: citans illud proverbiorum. 22. ecce descripsi eam. scilicet

Recensiores

De cabala Iudeorum.

Sapientiam tripliciter. et sapientie. ii. omnia ternario disposuit deus. scilicet in numero: potest
 dere: et mensura. Has tres cabale pres autor ille designat hae vna dictione ginath: Tres
 q̄ ponitur genesis. 2. vbi litera hebraica habet ginath. i. ortus voluptatis: nam p̄ species
 primam eius litera. g. designatur gemataria p̄ma spes cabale. per n̄ secunda: q̄ dici cabale
 tur notharicū: per th̄ tertia spes q̄ dicit̄ themurach. Est aut̄ Gemataria: vt aiūt:
 numeratio: estq̄ ars per quam dicitio accipitur pro dictione p̄ equales numeros.
 Notharicū vero accipit litera p̄ dictione. sed themurach est trāsmutatio: qua lite-
 ra in litera p̄mutatur p̄pter aliquam earum affinitatē. Hāc specie. Joan. ¶ Dicit̄
 alphabetaria reuolutionē vocat. Ex q̄bus diffinitionib⁹ manifeste colligit̄ q̄ tota
 substantia artis cabalisticē stat in transmutatione sacre scripture: ita vt in ea aliud
 dicatur et aliud intelligatur: et quod p̄ vnā dictionē intelligatur alia: et per vnā
 litera intelligat̄ vna dicitio: ac deniq̄ per vnā literam alia litera accipiatur in serie
 sacre scripture: nam per huiusmodi transmutationes explicari possunt pleraque
 mysteria q̄ in sacra scriptura sunt implicita et inuoluta. Declarāt has spes cabale
 p̄ exēpla. ¶ Pro gemataria facit illud psal. 20. dñe in virtute tua letabitur rex: vbi
 p̄ letabitur hebraice dicitur ismeab: q̄ dicitio conuertitur in mesiab. vñ sequitur q̄
 ille psalmus est intelligendus de rege messia. similiter illud exodi. 23. precedet te
 angelus meus: ibi pro angelo hebraice dicitur malach: et conuersis literis fit mi-
 chael. s. qui ducebat populū dei p̄ desertū. etc. ¶ Pro notharicū facit illud Esaie. 65.
 benedicentur in deo amen. nā p̄ illā dictionē amen accipi p̄t quis erat ille deus
 de quolib⁹ loquebatur p̄pheta. nā p̄ aleph intelligitur nomē adonai. i. domin⁹: p̄
 mem melech. i. rex. per nun deniq̄ neemā. i. fidelis. collige q̄ ille deus erat dñs
 rex fidelis. ¶ Pro themurach tertia parte cabale: ponit Adirandna exēplū de illo
 nomine dei ineffabili Jehouah: quod transit in mazpaz. s. pro iod accipiēdo mem
 pro he zadich. pro van pe. pro he iterum zadich. iuxta regulam atbbas: vt ipsi di-
 cunt. Sed de his satis. nam ex predictis cabalisticorum varietatib⁹ apparet hu-
 ius doctrine fundamētum in primo notabili positum: esse incertum et ficticiū. s.
 q̄ hec doctrina sit a deo reuelata Moysi: et p̄ ipsum ore tenus tradita. etc. ergo ad
 q̄stionem respondeamus per conclusiones.

Quantū ad secundū articulū sit hec p̄ma conclusio: q̄ ars seu doctrina cabalisticā
 ca nō est credenda fuisse a deo supernaturaliter reuelata: sed potius est ab astutissi-
 mis iudeis inuēta: excogitata: atq̄ superuacue tradita hominib⁹ vanissimis et oi-
 bona doctrina expertib⁹. ¶ Prima ps̄ pbatur ex regula sancti Dionysij. s. q̄ i his
 q̄ supernaturaliter et miraculose a deo p̄ueniūt hōib⁹: nihil est asserendū nisi habe-
 ri possit ex sacra scriptura vel ex declaratione ecclesie. sed de ista cabale receptione
 a deo preter legem Moysi datā: nihil habetur in sacra scriptura veteris aut noui
 testamenti: neque ex declaratione vniuersalis ecclesie Catholice: ergo non est
 asserendum apud fideles Christianos quod predicta doctrina cabalistica sit ha-
 bita ex diuina reuelatione facta Moysi aut Ialiciū aliorum sanctorum propheta-
 rū: immo est hāmana inuētio ex pura phantasia conficta: vt cabalisticorū diuersa
 traditio demonstrat: in qua alij ab alijs manifeste discordāt: deus. n. vt apostolus

Tres
species
cabale

¶ Dicit̄
conclusio.

reuelatione

Questio decima hebraica

dicit: non est autor dissensionis aut discordie: sed potius unitatis et concordie: ut patet ex prophetis et euangelistis: quorum nullus ab alio discordat: utpote quia ex eodem doctore bono deo suam doctrinam acceperunt: ut probat diuus Augustinus in opusculo de consensu euangelistarum: et eadem est ratio de consensu prophetarum. Confirmatur hec ratio: quia diuus Hieronymus fuit valde exercitatus in sacris literis biblie: non solum latine et grece: sed etiam hebraice: et tamen ipse sepius citans Hebreorum doctores: nunquam fecit ullam mentionem de cabala aut de cabaleis autoribus: ergo signum est quod illa doctrina non fuit habita a deo reuelante: quia quum Hieronymus fuerit post Esdram plusquam nongentis annis: et sepius dicitur Esdra faciat mentionem de cabala ab eo recepta aut ab eo scripta: neque unum fecit verbum unquam. sed neque aliquis aliorum sanctorum doctorum illius temporis: qui tamen sepius in libris suis disputat contra Iudeos. Non est ergo verum quod Esdras scripserit libros de cabala: sed ab alijs scripti libri falso ei attribuuntur. et quum bene probatum esset quod ille scripserit huiusmodi libros: in hoc non esset ei credendum: nam ecclesia non omnes libros Esdræ recipit: sed tertium et quartum ut apochryphos reijcit: multo ergo magis essent habendi ut apochryphi: illi septuaginta libri cabalistici: qui finguntur ab eo scripti. Adhuc post tempora illorum doctorum ecclesie: plures ex Iudeis in lege veteri doctissimi ad fidem Christi conuersi: docuerunt nos multa illius legis arcana: et non per cabalam: sed per seriosos licite commentatores: qui etiam imaginationes cabalisticas ridet: ut doctrinam vanam et a vanis hominibus inuentam: immo apud infideles Hebreos omnes cabalistici eorum ludibrium habentur et fatui reputantur: et in eorum synagogis solum leguntur sacri libri per seriosos commentatores eorum: et nihil ibi docetur cabalisticum: ergo mirabilis vanitas est: quod aliqui ex nostris ita persuaderi potuerint ab illis Iudeis (qui in suo populo ridiculose censentur) ut crederent cabalam esse a bono deo reuelatam. etc. Secunda pars huius conclusionis declaratur: quia si bene aduertantur illi diuersi modi cabaleorum quos enarrauimus: nullus eorum apparet supra naturales vires humani ingenij. et quem vir subtili ingenio perditus non posset huiusmodi nentastingere: instar eorum quod comedias et tragedias composuerunt: nam positio quinquaginta portarum tota logica est: et a Porphyriana Isagoge accepta. scilicet per genera generalissima et subalterna: per species specialissimas et subalternas: per indiuidua et proprietates indiuiduas: atque per differentias accidentales. Deinde triginta et due semite sapientie nihil aliud sunt quam vocabula collecta ex diuersis libris Aristotelis logicis: physicis moralibus: et metaphysicis. Decem insuper enumerationes cabalistiche: profecto solo vocabulorum intersticio differunt a principijs Raymundi Lulij: quos superius in questione sexta commemorauimus: nam eodem artificio vtuntur isti cabalistici: quo et Lulij. ergo meo iudicio Iudei ex aliorum philosophorum siue gentilium siue christianorum libris has omnes imaginationes accipere potuerunt per astuciam humanam: neque puto aliam ibi esse cabalam. id est receptionem: nisi ab alijs libris predictorum autorum qui ante eos scripserunt alias scientias: quas astutissimi Iudei in Europa didicerunt inter Christianos: precipue in Gallia et in Hispania: vbi olim fuerunt magne synagoge Iudeorum: et doctrinas sic acceptas facili transitu potuerunt applicare ad sa.

De cabala Judeorum.

cras scripturas hebraicas: quæ admodum et theologi scholastici apud Latinos totam fere Aristotelis logicam: physicam ac metaphysicam: atque moralem scientiam theologie inseruerunt: non per aliquam revelationem eis factam: sed humano ingenio. Confirmatur haec ratio: quia antequam in vniuersitate Parisiensi floret theologia scholastica: nulli apparuerunt in toto orbe christiano cabale professores: immo neque plani commentatores textus hebraici: quorum primarij sunt hi quatuor: rabi Salomõ: rabi Moyses Egypti: rabi Abrabam: et rabi Leui ben gerson: quos omnes Galicos: postea insecutus est Gerudelis Hispanus: et in multis commentariis eorum. Ante hos. n. nullus editus erat apud Hebreos commentarius super textum hebraicum biblie: sed per commentario habuerunt librum Talmud editum in Asia: post annos domini quadringentos: postquam felices obitus sanctorum doctorum Hieronymi et Augustini: a quibusdam rabinis perfidis: qui quum viderent catholicorum doctorum eruditionem sapientiam religionem christianam nimium augeri: atque Iudaicam perfidiam valde minui: excogitauerunt ad omnimodam suorum execrationem: falsa quaedam commenta super illa biblie loca: quae magis erant in fauorem nostrae fidei: et quibus efficaciter confundebat Iudeorum obstinata malicia. Sed non desuerunt in ecclesia Christiana plurimi doctores per diuersas eius etates: qui multis argumentis talmudicas illas fictiones penitus euerterunt. Et hoc maxime factum est postquam in academia Parisiensi magister ille sententiarum effulsit: et alij plurimi ex religionibus medicamentibus post eum claruerunt doctores facundissimi: nam ex tunc adeo excreuit Christianorum catholica doctrina: ut eorum comparatione Iudei omnes reputarentur valde rudes atque indocti. Quare ipsi tantum de decoris stimulo agitati: ceperunt excogitare aliquas occultas subtilitates ex quibus apud indoctos sine legis habetentur doctissimi. Iste fuerunt traditiones cabalisticæ quas enumerauimus: et tulerunt eas per revelationem a deo receptas: atque ideo habendas esse ut diuina quaedam oracula Moysi tradita. etc. isti ceperunt talmudicos despiciere et parumpedere: ut rudes et nimium literales: respectu quorum cabalistici apparerent subtiles et valde spirituales: et primi hoc fuerunt in Gallia: deinde in Hispania. Colligamus igitur ex quo antea ditionem magistrum sententiarum et aliorum scholasticæ theologie doctorum: nulli apparuerunt cabalistici Iudei: quæ admodum et ante antiquos illos ecclesie doctores magnos nulli erant talmudici: quæ cabalisticæ traditiones sicut et talmudicæ sunt noua quaedam Iudeorum commenta atque ficta medietate: astutissimorum hominum ingenio excogitata: et sic patet primæ nostræ conclusionis veritas.

Secunda conclusio. Quod sicut positiones quinquaginta portarum: et triginta duarum semitarum: atque decem enumerationum nullam habent certitudinem artis vel scientie: ita etiam fictio septuaginta duorum nominum: est mera vanitas et diabolica superstitio. Prima pars de incertitudine illorum trium modorum ex ipsa eorum enarratione apparet cuilibet viro docto verissima: nulla enim illarum positionum est in aliqua certa ratione fundata: sed solum ad libitum suorum autorum excogitata: per modum simplicis enarrationis vnius comedie aut tragedie. Quibus etiam signum est: quod precipui cabalisticorum dicunt: quod nullius regule in doctrina sua est querenda aut reddenda ratio: sed omnia sunt a discipulis simplici fide recipienda sine vlla probatione. nullus ergo illorum modorum habet

Secunda
conclusio.

Questio decima hebraica

certitudinem illā: qua veraciter dici pōt ars vel sciētia: immo neq; opinio bene p
 babilis: sed est mera fides fundata in auctoritate hōiū nō bonorū ac veraciū: sed
 fallacium: infidelium ac p̄doy: ab infidelib⁹ aut nulla fides haberi pōt: Est ḡ tradi
 tio cabalistica fides q̄dam vana et incerta sine fundamētis pcedens ex sola narra
 tione p̄ditissimorū Iudeorū. Vñ vebemēter admiror de Adirādula: quare tāta fi
 de huic tāte incertitudinī adhesit ex toto animo: p̄ter omnē cōditionē bonorū phi
 losophorū: q̄ nihil recipere debēt nisi certa rōne fuerit p̄batū: s. ex principijs solidis
 et certis in lumine rōnis naturalis vel ex doctrina fidei catholice. Secda ps de sup
 stitione vanissima illorū. 72. nōiū: p̄batur p̄mo ex illorū primaria inuētiōe. s. q̄
 accidit in sacra scriptura libri erodi inueniri tres versus sibi immediate succeden
 tes ineqli nūero literarū: hoc ē. 72. p̄pterea ex illis cōficta sunt. 72. nōia: et nō semp
 in eis seruato ordine recto. qd incertius hac fictione: cuius motiū est mere casua
 le et fortuitū: nā posset vnusq; curiosus inuenire alios versus sibi equales in alio
 quouis nūero literarū: ex quib⁹ fingeret alia nōia plura aut pauciora ad libitum
 suū. Et ite. m. q̄ maior ratio fuit vt litere secundi versus colligerentur ordine inuerso
 q̄ in alijs duob⁹ versib⁹. Secundo: quia horū. 72. nominū inuētores dicunt ea nō
 esse significatiua: et tā esse nōia angelorū: et angeli p̄ talia signa nos intelligūt: si ḡ il
 la nōia non sunt significatiua: quomodo sunt nōia angelorū plusq; aliarū rerū mū
 di: et quomodo sunt signa si nihil significant. Et vñ cōstat angelos p̄sides p̄uin
 ciarū: quorū illa sunt nōia: esse p̄cise. 72. Et q̄re fuit necessariū tot angelos cōcurre
 re ad iuuandū Adoyfen in aprione maris rubri: quum vnus solus ad hoc sufficere
 p̄posset. Et insup nō est verū q̄ angelus custos Egyptiorū ageret ad suffocandum
 eos. Tertio: q̄ neq; rōne neq; auctoritate certa p̄bari pōt virtus illorū nominū
 ad faciēda miracula: ḡ est vanitas et supstio: reuelata hōibus p̄dictis nō a bo
 nis angelis: sed a deceptoribus hōibus et a p̄uaricatorib⁹ angelis: quare miracu
 la illa non sunt opa naturalis magie: vt fingit Adirandula: neq; a deo facta: sed p̄
 certo sunt opera diaboli et maligni spirit⁹ ibi occulte operantis. Et q̄s vir bñ do
 ctus credet. ¶ Dico Adirādulano: q̄ in opere magico plus virtutis habeāt vocabu
 la non significatiua q̄ significatiua: et illa nō omnia: sed ea sola q̄ scripta sunt ex li
 teris hebraicis vel etiam caldaicis.

Tertia Cōclusio. q̄ etiā regule de trāsmutationib⁹ literarū et dictionū atq; d̄ nu
 clusio. meris earū sunt mere volūtariē: et nullā sciētie v̄l artis habēt certitudinē: sed neq;
 vtilitatē: immo si bñ tota earū substātia p̄dēret: sunt in magnā irrisionē et blasse
 miā cōtra sacra scripturā veteris testamētī. ¶ Prima ps de incertitudine p̄bat: q̄
 neq; rōne neq; auctoritate p̄bari pōt: q̄ semp due dictiones equaliū numerorū pos
 sint in seipsas trāsmutari: et alterā posse accipi p̄ altera in v̄o sensu literalī sacre scri
 pturē: vt docet gemataria. neq; q̄ vbicūq; sacra scriptura iuenit dicitio malaeh. i.
 angel⁹: debz intelligi michael: neq; semp ismeach. i. letabit debz intelligi mesiach
 Neq; ē certū q̄ semp in sacra scriptura in quacūq; dictione hebraica p̄ qualibz ei⁹
 litera possit accipi vna dicitio: vt habet nothariē. neq; vbicūq; ponit dicitio amē:
 intelligat dñs rex fidelis. et ita de exēplo themurach in nōie dei tetramato verso in

De cabala Judeorum.

mazpa. et si hec concedant cabalistici (ne forte negantes ea cogantur ad incōmoda multa) manifeste concludemus primā partē nostre cōclusionis: quod regule iste de trāsmutationib⁹ nullā habēt certitudinē: ex quo fallūt in multis casib⁹. Scda ps de inutilitate earū etiā pbatur: quia ex eis Judei infideles ita faciliter probarent falsitates fidei nostre: sicut Christiani fideles p easdē regulas probarent veritates articulorum fidei nostre: ergo ille pbationes nostrarum veritatum essent nobis inutiles: ex eo quod nō haberēt certum fundamentū: cōsequētia ē nota: sed a se probatur: quia si Christian⁹ ex p̄ma biblie hebraice dictione beresith. i. in p̄ncipio: vellet p notharicū pbare: quod ille deus qui creavit celū et terrā: est pater: fili⁹: et spirit⁹ sanctus. s. mutādo literas in dictiones: quā hāc orationē cōponerēt: Jude⁹ infidelis p eandē regulā posset pbare quod ille de⁹ qui creavit celū et terrā est solus deus pater: nā illas literas mutaret in alias dictiones: quā facerēt hāc alterā orationē. et ita possent dari exēpla in alijs specieb⁹ cabale: quod pbationes ille nostrarū veritatū eēt inutiles: quia nō psuaderēt infideles Judeos sciētes cabalā: neq; Christianos eam nescientes. Ex hac rōne sequitur quod inutiliter egit Joānes p̄dic⁹ Adirādulanus: quod ex p̄ma ppōne biblie hebraice p alphabetariā. i. literariā reuolutionē: quā hebraice dicitur themurab: putavit se pbasse veritatē p̄mi cap. euāgelij Joānis. s. in p̄ncipio erat verbū: et reliqua: nā Judei eā ridēt: et sine protervia eā possent negare: quia est incerta. Christiani autē eā nō intelligūt. p̄datet etiā falsum eē aliud eiusdē Adirādulane dictū: quod cabala ē multū utilis ad cōfirmādas fidei nostre veritates: ex p̄ncipijs. n. infirmis: quid firmari. i. firmiter pbari pōt: et veritates fidei nostre quum sint supra omnē rōnem hūani intellect⁹: nō possunt aliter cōfirmari: quā ex autoritate sacre scripture: et ex p̄dicatione Christi: apostolorū: aliorūq; sanctorū doctorū ecclesie catholice continuata p oēs annos septe etatis vsq; ad nos: qui. n. p̄ter hāc nostre veritatis cōfirmationē: aliā meliorē ac certiorē inquit: absq; dubio vacillat et dubi⁹ ē in fide. Falsē q̄ sunt oēs ille p̄clusiones Adirādulane: in quib⁹ ip̄e asserit p cabalā efficaciter pbari diuinarū psonarū trinitatē i vnica essētia: et filij dei incarnationē. i. quod sit ver⁹ messias: ver⁹ de⁹ et hō: et ita de alijs quibusdā articulis fidei nostre: quia ille pbationes neq; simpliciter neq; ad hōiem pbant illas veritates: ridēt. n. eas Judei: vidētes p̄ncipiorū cabale indifferentiā ad probādū eque apparētes suos errores et nostros articulos. apud Christianos etiā theologos rōnes ille nullius sunt momēti: vt patet ex sup̄dictis. Tertia deniq; ps hui⁹ tertie cōclusionis. s. quod cabala Judeorū sit blasphēma in deū: et exponat sacra scripturā hebraicā irrisioni infidelium: probatur. Dicūt. n. ipsi Judei cabalistici quod tota illa doctrina cōsistit in p̄mutationib⁹ quā debēt fieri in textu sacro: ita vt in eo aliud dicatur et aliud intelligat: et hoc quod nō p allegoriā vel anagogiā: sed solū in sensu literalī: hoc in quōdā cōtū q̄ sit falsum et blasphemū ita pbamus. p̄rimo: quia tota firmitas fidei nostre stat in vero et certo sensu literalī sacre scripture. vñ et Augustin⁹ vocat eā firmamētū a deo creatū in medio aquarū. i. populorū: vt diuidat fideles ab infidelib⁹. hec autē firmitas tollitur p cabalā quā facit vt aliud dicatur et aliud intelligatur in sacra scriptura scdm sensum literalē: vacillans q̄ et incertus erit sensus literalis: Deinde

Quæstio decima hebraica

ex vera diffinitione sensus literalis probat quod vna sola propositio in vno solo loco sacre scripture posita: non potest habere nisi vnum sensum literalem: estque ille qui magis colligi potest ex antecedentibus et consequentibus in serie literarum: non est quod aliud intelligendum literaliter ab eo quod ibi expressè dicitur. Secundo deus est autor sacre scripture: a quo longe est omnis deceptio. per cabalã autem fieret deus deceptor hominum: vt per sacras scripturas aliud loquatur et aliud intelligat etiã in sensu literali. hoc autem dicere est blasphemia contra deum. scilicet attribuendo ei mores malorum et deceptorum hominum: qui scienter locutiones permutat ad decipiendum alios. Tertio in omnibus alijs scientijs et scripturis philosophorum: hoc est consuetum quod ille sit sensus cuiuslibet scripture: que dictiones ille prope significat: nisi quando autor figurate loquitur. si ergo sacra scriptura habet alium modum loquendi et intelligendi: veniet in ludibrium et irrisionem apud infideles: quasi liber cauillosus et deceptorius: in quo nemo sit securus de vero sensu verborum que dicuntur. Solent enim homines cauillosi et deceptores ita loqui: vt per contra aliorum verba loquentes non intelligantur ab alijs. scilicet propterea quod aliud dicentes aliud intelligant. hunc modum loquendi Hispani vocant girigonça: et solii publicani et peccatores homines ea vtuntur. Si ergo sacra scriptura hunc modum loquendi haberet: reputabitur esse quãdam girigonça: quod est ridiculosum: hoc vicium attribunt ei cabalistici Iudei: que nimirum seriosiores Iudeorum. scilicet textum biblie per suos interpretatores ordinarios tractantes: cabalisticos despiciunt: quasi vanos et garrulos: et ad nihil aliud valentes quam ad perphanas verborum nouitates. Si ergo principales Iudeorum cabalisticos despiciunt vt vanos et ridiculosos: miror quare nostrorum Christianorum quidam eos habeant in tanta estimatione et reuerentia: vt dicant quod nomen eorum sit bene dictum: et memoria semper in bonum. Ex predictis ergo conclusionibus apparet quod ad titulum questionis respondere debeamus negativè: quod cabala Iudeorum et quorumcumque aliorum non est a catholicis recipienda sed potius reicienda: cauenda: et penitus spernenda tanquam incerta: inutilis et perniciosa. Vnde ad argumentum factum pro parte affirmatiua: negamus dicta rabiuorum: quia sunt hostes fidei nostre. De alijs vero: quibus Christianis: dicitur eos fuisse deceptos a perfidis Iudeis: vnde in hoc casu insigniter errauerunt.

Primum dubium.

Quantum ad tertium articulum dubitatur primo: vtrum cabalistica doctrina possit esse utilis Christianis: saltem ad convincendam Iudeorum perniciam super falsa intelligentia sacre scripture veteris legis et prophetarum. Solutio est negativè: quibus Joannes Iudic. Adirandula oppositam affirmationem teneat in plerisque suarum conclusionum cabalisticarum. Sed pro negativè: iam enim ex conclusionibus secundi articuli declaratum est quod cabala non est utilis ad veram intelligentiam textus sacre biblie: immo quod potius obscuret quam declaret ipsum. Ergo videndum est an possint fideles ex ea habere aliquam aliam utilitatem: saltem ad convincendos Iudeos ex concessis ab eis: de suis erroribus fidei catholice contrariis: et de falsis glossis eorum super textum biblie. Duobus enim fit modis disputatio ad convincendum aliquem de errore suo: vt Aristoteles docet in primo libro suorum topicorum: est enim quãdam disputatio doctrinalis: alia litigiosa: non loquor de sophisticâ. Doctrinalis disputatio procedit ex veris et certis principijs: quibus cogatur proteruis ad concedendam veritatem et negandam falsitatem: et hoc vel argumentatione ostensiva: vel ducere ad impossibile. Disputatio litigiosa que et argumentatio ad hominem

De cabala Iudeorum.

dicatur: est q̄ procedit ex concessis ab aduersario ad conuincendum ipsam ex dictis suis: q̄ licet aliqui sint falsa: tñ apud eum censentur vera: et p̄ huiusmodi disputatio nē quīs sumpt̄ nihil probetur: tñ cōtra illum est sufficiens ad conuincendū ipsum de suo errore. Ergo p̄ regulas cabalisticę doctrine simpliciter nihil probari potest: quia vt diximus sunt incerte et volūtarię: nunc addo q̄ neq; ad hominē pōt aliqd efficaciter p̄bari contra Iudeos per illas. sunt. n. Iudeoz literatoz quidā textualis biblici: qui plano modo procedūt p̄ suos cōmētarios declarādo textum in sensu literali. Alij eoz dicuntur talmudici ex autoritate suozū p̄decessozū procedētes ad quasdam intelligentias falsas in locis sacre scripture: qui magis faciūt pro veritate fidei Christiane: et iste false intelligentie posite sunt in libro talmuth: a quo ipsi dicuntur ialmudici. Tertia Iudeozum secta est cabala: a qua ipsi dicti sunt cabalistici: quoz phantasias varias in primo huius. q. articulo enarrauimus. Per regulas q̄ doctrine cabalisticę sicut nihil certe p̄batur apud Christianos: ita neq; apud Iudeos biblicos vel talmudicos: oēs. n. isti nihil sciunt de cabala: neq; regulas illas cōcedūt: immo eas rident. quare p̄ eas nō cōvinceerent Iudei hoz duoz generū: q̄a neq; simpliciter neq; ad hominē arguendo cōtra eos aliqd cōcluderet: Sed neq; cōtra cabalisticos: q̄a p̄ illas regulas ipsi p̄tinue nitūtur impugnare nostram fidē catholicam: q̄ oē argumētum cōtra eos factū p̄ regulas cabalisticas: ipsi retorquerēt cōtra Christianos. s. ex eisdē regulis probantes oppositas falsitates suas. sunt. n. regulę ille indifferentes ad verū et falsum probādum: vt p̄us ostēdimus in dictione illa beresith: in qua si p̄ notharicū Christianus velle probare trinitatē personarū in deo: ex eadē regula Iudeus ibidē probaret q̄ de⁹ est vna sola p̄sona q̄ est pater: et ita in alijs exēplis omnib⁹. ¶ Datur itaq; ex solutione huius dubij q̄ false et inanes sunt q̄dā cōclusiones Joānis ¶ Dicit ¶ Mirādule. s. illa. q̄libz Hebreus cabalista scdm̄ principia cabale cogitur inuitabiliter concedere trinitatē p̄sonarū in deo: eo modo quo eā ponit fides catholica Christianoz. et illa. nō solū infideles qui negant trinitatē: sed et heretici: qui alio modo eam ponūt q̄ ponat catholica ecclesia: vt Ariani: Sabeliani: et alij plures: redargui possunt manifeste: si admittant p̄ncipia cabale. Et illa. nullus Hebreus cabalista pōt negare q̄ nomen Iesu interpretatū scdm̄ p̄ncipia cabale: nō sonet p̄cisē hoc totum. s. de⁹ dei filiū patrisq; sapientiam: p̄ spiritū sanctū nature humane vnitum in vnitate suppositi: et alie quedam sequentes conclusiones de alijs articulis fidei nostre. nam earum falsitas ad experiētiā cōstat: quia neq; iste Joannes ¶ Dicus: neq; ¶ Reuclius: neq; aliqs eoz q̄ se ostēderūt sapiētissimos in cabala: potuerūt vnq; cōvincere vnū Iudeum vt cōcederet veritates p̄dictas fidei nostre: immo apud Iudeos nulli magis rident nostrā trinitatē: atq; filij dei incarnationē q̄ cabalistici. Nam expositores textuales biblicę et talmudicę non tantum distāt a nobis: et magis redargui possunt ex ipsa sacre biblicę litera: q̄ p̄ cabalā. Exēplum manifestū fuit ille egregius p̄dicatoz frater Vincentius Valētinus: q̄ sine cabala tot millia Iudeoz p̄uertit ad fidē nostrā p̄ solā disputatiōnē textuālē. Quod ēt dicit de hereticis: falsum reputo. nā illi heretici quēadmodū et Iudei: p̄ eadē p̄ncipia cabale. s. vel dccē

Questio decima hebraica

numerationū vel transmutationū ab eis admīssa probarēt suas falsitates: retorquentes cōtra nos rōnes nostras: nam quum illa p̄ncipia sint confusa et vn̄uersalia: eorum ampliatio ad particularia multis modis fieri p̄t: pro libito arguentis cuiuscunq; ad suum propositū: et ita bene possunt applicari ab infidelib; et ab hereticis sicut a catholicis ad sua proposita.

Secūm dubiū. **S**ecūdo dubitari p̄t: vtrū virtutes triū nominū tetragrāmatōrū de quib; loquitur **I**dicus **A**dirādula in. 7. cōclusionē sua cabalística: sit rōni cōsona et admittēda in cetū bonorū philosophorū et catholicorū theologorū. Solutio ē negatiua. **I**deo cui; declaratione supponam; ex editione cabalística **J**oānis **R**euclini **S**ermani (cōtra quā alias opusius disputauimus) circa finē sui tertij libri: q; p̄ter illa 72. nōia trilitera dicta **S**em hamaphores collecta ex trib; versib; lib. exodi in capite. xiiij. cabalistici finerūt qdā alia nōia in alijs nūeris literarū: nā eorū aliq; dicunt esse quoddā aliud semhamaphores. 42. literarū: quod ex septē dictionib; cōstare dicitur: quarū quilibet habet sex literas: et ille septē dictiones exponūt nomen dei ineffabile tetragrāmaton: sed has septē dictiones nō oēs cabalistici easdem ponūt neq; ex eisdē literis: nā rabi **A**brabā ponit eas acceptas ex linea. xxi. alfabetarie reuolutionis. rabi **M**amai ex linea abgad: et alij alijs modis atq; ex alijs literis ex quib; cōponunt. **C**ōfirmant hāc sententiā suā ex eo q; litere nōis iehouab valēt. 42. q; expositio ei; bñ fit p̄ ofones. 42. literarū. Sed hec cōfirmatio infirma ē: q; quatuor litere huius nōis p̄cise valēt. 26. et si duplicent; valēt. 52. nisi dicatur q; nō oēs quatuor litere sunt duplicande: sed sole tres nō synonyme: vt iod valeat 20. et he. valeat decē: et van duodecim. sed hoc est volūtariē dictū: et eo cōcesso: cōsequētia est inualida: quia expositio nōis obscuri nō semper totidē habet literas aut numeros quot et ipsum nomē exponēdū. Varietas insup cabaleorū in hoc semhamaphores: rei incertitudinē manifestat pariter et inutilitatē. Alij deinde cabalistici dicūt nomē expositoriū tetragrāmati eē duodecim literarū. s. hacadoc barac bu. id est sanctus bñdictus ipse: quo nōie sacerdotes olim benedicebāt populum: loco nōis tetragrāmati **J**ehouab: ne sanctū dei nomē crebro vsu vilesceret: nā p̄ transmutationē literarū ex iehouab elicitur p̄dictū nomē duodecim literarū. Sed q; hec transmutatio literarū est mere voluntaria: et nullā habet sciētie vel artis certitudinē: despicienda est vt vana et inutilis. Alij deinū ex quatuor dei nōibus p̄ncipalib;: q; sunt adonai: saddai: sem: sebaoth. vel scōm alios sunt hec. el: elobim: eloba: eloi. eliciūt alia tria nōia hoc mō: ex p̄mis. n. literis horū nominū fit vnū nomē quadrilaterū: ex scōis aliud: ex tertijs aliud: et ita fit expositio. 12. literarū. de his trib; sic fictis nōib; dicit cōclusio. 7. **I**dicus **A**dirādule. **T**ria magna dei nōia quaternaria q; sunt in secretis cabalistarū: p̄ mirabilē applicationē tribus p̄sonis diuinis attribuet: qui fuerint in cabala p̄fundus. Et dicunt cabalistici q; valent multum ad conuocandos bonos angelos et expellēdos demones a corporibus obsessis: et ad faciēda plurima miracula. **H**uius q; semhamaphores occasione introduximus hoc dubiū ad reprobandā p̄dictā **I**dicus **A**dirādule cōclusionē: q; reprobatio est nostra: respōsio negatiua ad hoc dubiū: q; sic probatur. **P**rimo quantum ad

De cabala Iudeorum.

rectam rationē et bonorum philosophorum sententiā. Dicitur. n. recta ratio philosophica: quod voces et scripture ab hominibus inueniuntur nihil habent ex natura sua quod possint vel significare vel efficere. sunt. n. signa ad placitum instituta: et non a natura. sed clarissimum est quod horum nomen compositio ex literis. 72. vel. 42. vel. 12. est ad placitum et ad voluntatem hominis sic vel aliter volentis illa nomina componere ex tot vel tota literis. Quibus signum est tanta cabalisticorum varietas circa has nominum compositiones: quod huiusmodi nomina non a natura sed a voluntate humana conficta sunt. natura. n. ut Aristoteles probat in. 2. physicorum ad unum modum determinata est: ars vero a voluntate humana procedens multipliciter variatur per diversorum hominum variis phantasias et affectionibus. Et hoc mirabile est quod dicant cabalei hec nomina ab eis inuenta non esse significatiua: et tamen quod habent magnas virtutes ad facienda multa opera mirabilia in rebus naturalibus. Hoc in quantum est valde irrationabile: quandoquidem virtus nominis ad placitum instituti fundatur in eius significatione: quod nomen nihil significans: nullius est virtutis ad aliquid faciendum. Secundo eandem responsionem probat quantum ad rectam fidem catholicorum doctorum ecclesie christiane: in quorum schola ponitur hec verissima conclusio: quod omnis homo qui ad aliquem effectum faciendum applicat pro causa eius rem quam nullam habet virtutem naturalem: aut diuinam supernaturalem ad illum effectum: est de superstitione uocandus et corrigendus per iudicium ecclesiasticum: et fundatur hec veritas in versu illo psal. 30. odiisti domine omnes obseruantes vanitates superuacue. Clarum autem est quod applicans ad effectum pro causa: id quod nullam habet virtutem naturalem aut diuinam: ille obseruat vanitatem per definitionem vani quam ponit in. 2. li. physicorum: vanum siquidem est quod non habet virtutem ad faciendum id ad quod applicatur. Predicta vero nomina quadrilitera: quod Iudicus Adirandulans tantum admiratur: nullam penitus habet virtutem ad illa mirabilia opera quibus applicantur a cabalisticis: quod huiusmodi nomina non sunt a catholicis admittenda et recipienda: sed prius refutanda: et damnanda ut vana quedam et superstitiosa signumeta ad pacta cum demonibus pertinencia: de quibus Augustinus loquitur in. 2. li. de doctr. christi. Erubescat ergo Adirandulanus Iudicus fingens huiusmodi opera mirabilia ad magiam naturalem pertinere: quoniam potius sunt opera diabolica damnatissime artis magice ab omnibus catholicis fugiende. Quis scilicet rationis maior certissima est ex fide pariter et ex ratione naturali: sed probat minor. et quod de virtute naturali: quales habent medicine naturales: iam probatum est in precedenti ratione: quod nullae dictiones ad placitum institute habent virtutem naturalem actiuam ad aliquem effectum nisi per modum obiecti quia agunt in potentia. De virtute vero supernaturali atque diuina quod predicta nomina ea non habeant: probari potest certissime ex regula. S. Dionysii dicentis: quod nullibi est asserendum aliquod donum supernaturale in creaturis: nisi hoc haberi possit ex sacra scriptura biblicae: vel ex doctrina catholice ecclesie. nullo autem predictorum modorum probari potest quod iste dictiones habeant aliquam virtutem supernaturalem: quod illa temere ponitur: et nullo modo est asserenda apud veros theologos. Confirmat hec ratio: quia de solis verbis seu formis sacramentorum catholica ecclesia est certa quod habeant virtutes supernaturales atque diuinas ad facienda in hominibus illa opera miraculosa quae illa verba significant. sacramentum (inquunt sancti docto-

Questio decima hebraica

res) efficiunt interius quod ipsa significant exterius et verbis et elementis. et hanc certitudinem habet ecclesia ex sacra scriptura noui testamenti: contestante eam Christus et suis apostolis. De nullis autem alijs verbis in tota serie sacre scripture hanc virtutem supernaturalem predicat ecclesia: et multo minus est asserenda in alijs verbis prophetarum: fictis: et nihil significantibus: qualia sunt hec verba semhamaphores cabalisticorum siue sint. 72. siue. 42. siue. 12. literarum. Demum vero ad confundendam prorsus hanc conclusionem Iudici Adiraduli et plures alias tam ipsius quam aliorum cabalisticorum ego adduco vnum semhamaphores septem dictionum nihil significantium: quae ego finxi iocose. et sunt iste. buph: bapb: cisris. nafris. cbiris. miris. cochis. hebraicis litteris scripte. et si dicam quod habent diuinas et mirabiles virtutes ad conuocandos bonos angelos: ad expellendos demones malos: et ad facienda opera multa valde mirabilia: puta ad reddendum hominem inuisibilem: ad volandum eum per aera: ad pambulandam viam a Lycopostella usque ad Romam in vna hora. ad cito conuertendum plumbum aut stagnum in verum aurum vel argentum. et ad alia huiusmodi plurima. Et ad persuadendum hoc mendacium apud eos qui meam ironiam nescirent: dicerem quod accepi hec nomina ex secretis cabalistarum et habita sunt per themurab tertia specie cabale: ex quibusdam archanis locis sacre scripture atque ex sanctissimis dei nominibus. quod profecto facillime ostendere possem penitus eodem modo: quo ipsi Iudei finxerunt sua varia semhamaphores secundum diversos numeros et species literarum. etc. Querunt nunc a Joanne Iudico et ab alijs omnibus cabalisticis cum eorum ipsi possent negare hanc meam fictionem: et danare ipsam esse falsam per principia artis cabalisticae. et profecto non possint eam negare et non admittere: ut rem diuinam et sacratissimam: quam eodem modo sit facta sicut nomina supradicta cabalisticorum iudeorum: et tamen reuera hec mea fictio nihil habet autitatis aut diuine virtutis ad ea faciendam quae permissa sunt: sed est vna pura vanitas: et omnes viri docti siue philosophi siue theologi merito riderent hoc commentum: et similiter ridenda sunt semhamaphores a iudeis posita: quae tamen Joannes Iudicus Adiradulanus et quidam alij Christiani post eum in magna veneratione acceperunt: ac si essent diuina quaedam oracula ex doctrina sanctorum doctorum habita: quam potius essent ridenda ut vilia: ut vana: atque ut superstitiosa deliramenta.

Tertium dubium. Tertio dubitatur de magia illa quam ex cabala sua eliciunt Iudei: utrum sit licita Christianis: ita quod sine peccato eam exercere valeant. Solutio negativa clarissime patet ex predictis in secundo dubio precedenti. Magia siquidem eorum est: qua ipsi nituntur mirabilia facere per quaedam verba hebraicis litteris scripta aut plata: qualia opa paulo superius ego notavi in meo higneto. Constat autem quod illa verba nullam penitus habent virtutem naturalem neque supernaturalem ad huiusmodi opera faciendam: et superstitiosum et vanum est illa verba applicare ad tales effectus: omnis autem actio superstitiosa est Christianis illicita et prohibita in detretis ecclesie causa. 26. questionibus quinque: vbi citatur dicta Augustini et aliorum doctorum ad hoc propositum. Secundo dato quod admitteretur esse aliqua virtus in vocabulis illis: certum est quod illa non esset virtus naturalis literarum syllabarum aut dictionum: et hoc ipsi concedunt: est ergo virtus diuina supernaturalis: ergo effectus ab ea procedens est miraculosus et supra cursum nature. sed quere mi-

De cabala Iudeorum.

raucū sine necessitate est peccatū & phibitū omnib⁹ Christianis: tū quia hoc est tentare deū: quod Christus prohibuit Matth. 4. tum etiā quia est peccatum curiositatis: contra quod sapiens ait ecclesiastici. 3. in operib⁹ dei nō fueris curiosus quūvis. n. ex virtutib⁹ naturalibus occultis lapidū: herbarū: metalloꝝ: & aliarū rerū corporalū sine supstitutione fieri possint aliqua opa mirabilia: quā dicūt se facere alchimici: tñ nō licet christiano nimis intendere talib⁹ operib⁹: quia illa nō sunt necessaria ad salutē corporis & anime: sed est vana curiositas & perditio boni tēporis in rebus superuacuis: vñ sapiens subdit: q̄ precepit tibi deus hec cogita semper: & in pluribus eius operibus noli esse curiosus. Ex hac responsione patet clarissime reprobationes quarundam cōclusionū Joānis Ἰdici Adirandule circa magiā suā. Prima: q̄ voces & verba in magico opere efficaciam magnā habent. Secūda: quibet vox virtutē habet in magia: inquantū dei vocē formatur. ecce q̄ in vocabulis cabalistica arte formatis ponit virtutē supernaturalē divinā ad faciēda opera mirabilia. Tertia. non significantie voces plus possunt in magia: q̄ voces significantie. Quarta conclusio. nulla nomina vt significantia & inquantum nomina sunt: possunt habere virtutē in opus magicū: nisi sint hebraica: vel ex hebraicis prime deriuata. Deriuata ex hebraicis vocat illa vocabula q̄ dicta sunt semhamaphores per artem cabalisticam collecta ex verbis hebraicis sacre scripture vt superi⁹ enarrauimus: vel forte intelligit vocabula caldaica: q̄ hebraicis sunt proxima. Alia conclusio. ex secretoria philosophie. i. cabale p̄ncipijs: necesse est confiteri: plus posse characteres & figuras in opere magico: q̄ possit quecunq; qualitas naturalis: & alia multa dicit his similia: q̄ omnis sapientum schola reputaret vana: falsa: & ridicula. Quare cōcludo cōtra istū Ἰdicū & aduersus oēs cabalisticos p̄ceptores ei⁹: q̄ si ex huiusmodi verborū seu characterū applicatione sequatur aliquis effectus ex his mirabilibus que ipsi dicunt: ille fit per occultā demonis operationem: qui semper adest p̄sto omnib⁹ vanitatibus hominū: hoc probō a sufficienti diuisione: ille effectus nō procedit ex causa naturali: qd̄ ipsi fatent: neq; a deo miraculose ibi supernaturaliter operante: quia ipse odio habet omnes vanitates: neq; a bonis angelis: qui habent semp suā voluntatem conformē voluntati diuine: q̄ relinquitur q̄ procedat a malis angelis seu demonijs. Ista ḡ magia quā predicat Ἰdicus Adirandulanus: non est naturalis & licita: sed potius est superstitiosa illicita & diabolica: omnibus seruis dei prohibita: tam in veteri q̄ in nouo testamēto. Hanc genus de ista questione.

finis.

Absolutum est hoc paradoxicum opusculum: in alma
Salmanticensium Academia: die vigesi-
mo sexto february. 1538.



Handwritten scribbles and marks at the top of the page, including a small dark ink blot.

Handwritten numbers: 0122211331133110

5

Large handwritten mark resembling a stylized 'F' or '7' with a horizontal bar.

Handwritten numbers: 555555

1

Handwritten numbers: 838383

Handwritten numbers at the top right, possibly '222'.

Handwritten numbers, possibly '1000'.

Handwritten numbers, possibly '222'.

Handwritten numbers, possibly '1000'.

Handwritten numbers, possibly '222'.

Handwritten numbers at the bottom right, possibly '222'.

Main body of the page containing multiple columns of handwritten numbers and faint lines, possibly representing a ledger or account book. The text is heavily obscured by large black ink blotches and stains.

3965

Handwritten numbers and scribbles, including 8349, 1292, and 2000.

8349
1292
2000

826
Handwritten numbers and scribbles.

8268
92586
8172
3086

94968
92586
6172
32
3086

25
Handwritten numbers and scribbles.

Handwritten numbers and scribbles, including 3453.

Handwritten numbers and scribbles, including 8982, 878, 25, 32, 9876, 349, 2250.

9876
3453
Handwritten numbers and scribbles.

2020
2021
2022
2023
2024
2025
2026
2027
2028
2029
2030

2020
2021
2022
2023
2024
2025
2026
2027
2028
2029
2030

2020
2021
2022
2023
2024
2025
2026
2027
2028
2029
2030

2020
2021
2022
2023
2024
2025
2026
2027
2028
2029
2030

2020
2021
2022
2023
2024
2025
2026
2027
2028
2029
2030

2020
2021
2022
2023
2024
2025
2026
2027
2028
2029
2030

8678
30

34712
20079

23268
2950
8678

8678
34712
20079
52

252
209

532
73485
2190-85
38

2124826570
2037
28

8280

6860
390
325

25052

6826
30
3025

252082
2037
28

74985

25052

8678
34712
20079

TOLEDO
BIBLIOTECA PROVINCIAL
Sala *Florencia*
Número *85*

110111
O

Pet.

Citrull.

Boonica

Res

85

DLBDD
BY BRAN

8